




G.H. EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

11-69. —
SIGNAT. 1500CCCXIII.




VINDICIAE
PRO
BIBLIORVM
TRANSLATIONE
TIGVRINA:

ADVERSVS
Iacobi Gretseri, Mona-
chi è Sodalitio Iesuitico Ingolsta-
diani, Admonitionem, noviter ad ex-
TEROS, protervâ criminazione
emissam:

A V T H O R E
IOHANNE IACOBO
HVLDRICO.



TIGVRI;
Typis Ioh. Rod. VVolphij. 1616.



MAGNIFICO ET PRV-
dentissimo Viro D N. IOHANNI
VLRICO VVOLPHIO, inclytæ Tig-
rinorum Reipublicæ PRO CONSVL
spectatissimæ, literarum Mæcenati; &
Affini amanter colendo.



Vum primūm mihi copia facta fuī-
set, Magnifice D N. PRO CONSVL,
Admonitionis illius, à Iacobo Gretse-
ro, Iesuita Ingolstadiano, de BIBLIIS
TIGVRINIS nuper contextæ, et pro-
jectâ impudentiâ ad Exteros emissæ: suspicari cœ-
peram, hominem istum Criticum, in solerti Transla-
tionis Bibliorum Tigurinæ indagatione, & cum
fontibus Hebræis Græcisq; exquisitâ collatione,
aliquos errores & fraudes, ad quas nec acutissimo-
rum virorum oculi hactenus penetrare potuerint,
deprehendisse: quib. non modō ipsam Nostratem
Translationem, quæ supra septuaginta annos, in
plerisq; Reformatis Europæis Ecclesijs, præclarâ
existimatione & gloriâ floruerat: verūmetiam ejus-
dem effectum & fructum, doctrinam videlicet Evan-
gelicam universam, adeoq; Ecclesiam ipsam Tiguri-
nam, ex qua cœu matrice, repurgatę fidei præconium,
in exteriores regiones (exemplo Thessalonicensis
Ecclesiæ, I. Thels. I. v. 8.) propagatum fuit: ignomi-

nię notis per ora hominum traducturus sit: ut nesciam quae cogitationes horridulae, animum meum, à prima istius libri inspectione subierint. Spem vero firmiorem protinus conceperam, Venerandos Ecclesiae nostrae Praesides & Pastores, Antecessorum suorum in Deo Servatore plausidé quiescentium, præclaram Existimationem: ministerij Ecclesiastici, atq; adeo Civitatis Tigurinæ illustrem dignitatem, adversus Thrasonis istius insolentem & procacem insectationem, publico nomine, masculé vindicatores esse.

Verum enim vero tertiam istius Admonitionis paginā vix perfectā, corvi mali ovum pessimum deprehendi. Etenim ne unicum quidem argumentum, homine docto, linguarum sacrarum perito, qualis Author etiam inter nos hactenus audivit, dignum, ex sacris fontib, derivatum, reperire potui; quo Translatio Tigurina vel minimæ fraudis argui convincere posset: quin potius evidenter perspexi, universam contextam esse. ex mordacissimis, scommatibus, dicterijs, calumnijisque virulentissimis, quibus & pījs manibus beatē defunctorum, de Ecclesia Christi optimē meritorum, procaciter insultavit: & illustri Tigurinorum Rēpublicae, divinā protectione etiam nunc florescenti, Sardoā linguā contumeliosē illusit: adeo ut vivam illius viri imaginem representet, quem Apostolus ex Psalte descripsit: cuius os dirā maledictione & amarulentā plenum est: cuius guttur:

guttur sepulchrum apertum, qui linguâ suâ ad do-
lum usus: qui venenum aspidū sub labijs suis sovet:
Psal. 5. & 10. 140. Rom. 3. v. 13. 14. qui juxta Salomo-
nem Prover. 25. Thrasonis instar magnifica polli-
citus, nil nisi ventum & nubem absque imbre exhibi-
buit: qui velut Dörgi ipsius frater; Psal. 7. ver. 15. 16.
17. parturiunt vanitatem, & concepto labore, menda-
cium peperit: qui cisternam excavavit, in quam seip-
sum dejecerat: in foveâ operatus opus suum: cu-
jus labor in proprium ipsius caput redibit: & super
verticem ipsius injuria tentata descendet, &c.

Quæ causa mihi facile persuasit, Ecclesiæ Tigu-
rinæ præsides, quorum pietas, eruditio & integritas
Orthodoxa, toti mundo jam pridem perspecta fuit,
virum istum procacem, responso publico indignum
judicaturos esse.

Cæterum quó minus Goliathus iste, è castris Phi-
listeo Romanis, adversus Isralém progressus, inflato
& tumenti animo tripudiaret, quasi pusillum Do-
mini gregem ventoso iœtu territum confudisset: vel
victoriam à quiescente Ecclesiâ reportasset: visum
est amicis quibusdam Ecclesiasticæ dignitatis ob-
servantibus, ut præsentem operam admonitionis
istius Satyricæ refellendæ, licet privato nomine, su-
sciperem.

Quod eó alacrius præstiti, ut hac ratione non tan-
tum nefariam convitiandi razone, Jesuitis insitam,
luculentis exemplis, cuivis cordato ob oculos pone-

rem: verūm etiam Ecclesiæ Tigurinæ, in cuius sinu,
divinā benedictione, enutritus sum a puerō, ani-
mum pro collatis in me benefactis gratum, hoc pu-
blico signo testificarer & comprobarem

Magnificentiae verō tuæ, vir consultissime, pe-
culiariter hanc Translationis Tigurinæ vindica-
tionem inscriptam & dicatam esse volui: tum quia
majores tui ex utroq; ordine, Ecclesiastico & Politi-
co, in patriæ nostræ Primitibus, perpetuo encomio
dignis, numerandi sunt, qui divinā benedictione in-
stitutam Ecclesiæ Tigurinæ Reformationem, consi-
lio & patricinio suo, fideliter propagarunt, et sartam
rectam conservarunt: tum verō quod ingenium tu-
um ab ineunte ætate optimarū literarum studijs tam
feliciter imbutum esse constat, ut non tam de patriæ
priscis annalibus & historijs peritè prompteç dis-
serere, quam de controversijs Religionis etiā ἀριθμοῖς
dextreç judicare possis: judicijç tui documenta in
Comitatus Kyburgei gubernatione; senatorij ordi-
nis functione diuturnâ, & in tot legationib. ad Con-
foederatorum Comitia obeundis, edideris plurima:
quín etiam laudatissimo avitæ pietatis & virtutis
exemplo, tam solerter exornandis Scholis & litera-
rum studijs operam impendis, ut filios tuos numero
plures, ijsdē singulari et indefesso desiderio consecra-
ri velis: quos eo nomine vestigijs patrijs ingressu-
ros, & illustria divinæ gloriæ in Ecclesia & Republi-
ca propagandæ organa, aliquando futuros esse, om-
nes

nes boni mecum sperant: Tum denique, ut animi
mei pro beneficijs amplissimis in me, & filios meos
commendatione Tuâ ad exterias Academias profes-
tos, collatis, grati symbolon atque monumentum
hoc publicum Tuæ Ampl. exhiberem: quod ut
æquo animo accipiat, meq; cum filijs meis constanti
favore & amore prosequi perga, enixé rogo. Deum
moderatorem vîtæ humanæ, per Filium Vnigeni-
tum, Mediatorem & Intercessorem nostrū unicum,
assiduis votis precor, ut Te Tuamq; familiam spe-
ctatissimam, cœlesti benedictione, animâ & corpo-
re, cumulare & locupletare perga. Denique floren-
tissimam Rempublicam Tigurinam, cum illustribus
& potentissimis Bernensium, Basiliensium, Scha-
phusianorum, Rhætorum, aliorumq; Confoedera-
torum Civitatibus, in quarum Ecclesijs Reforma-
tis, dulcissima docentium ~~parapuonia~~ & consensio dis-
vinâ benedictione fovetur, adversus sanguinarias
malignorum insidias machinâsque, Omnipoten-
tis sui præsidij alis, diutissimè protegere &
conservare velit. Ex musæo meo, 20.

Iulij Anno reparatae salutis.

M. DC. XVI.

IVAE MAGNIFIC.

obſervantij. affinis.

IOHAN. IACOBVS.

HVLDRICVS.

ELENCHVS

VINDICIARVM.

- CAP. I. De causa Admonitionis Gresserianæ, Exteris inscriptæ, f. 1—
II. Calumniae generales, quibus Orthodoxi Pastores Ecclesie Tiguri-
næ, tam vivi, quam defuncti, à Gressero procacissime proscindan-
tur. f. 4—5.
III. De consilio, fine & usu Translationis à Theologis Tiguriniis
olim suscepta & absoluta. f. 6—11.
IV. De sacrorum Bibliorum Translatione Tigurinâ, à Roberto
Stephano, Parisijs typis Regijs editâ, cum annotationibus Fr. Va-
rabli: De Indice quoque librorum hæreticorum, à Synodo Triden-
tinâ inter dictorum. f. 12—16.
V. Confutatio nugarum historicarum, quibus Gresserus Antiquitatis
inlycæ civitatis Tigurinae protervè illusit. f. 16—23.
VI Vindicatio H. Zwinglij, & Reformatorum Ecclesie Tiguri-
næ, à criminibus Apostasie, Hæresen, fiduciij matrimonij, &c. f. 23—35.
VII. Leonis Iude Defensio, adversus probra familiae, scriptis &
morti ejus intentata. f. 35—39.
VIII. De Rodolphi Gualtheri Epopœia, quâ singulorum librorum
utriusque Testamenti capita & uolūmæ complexus fuit, &c. f. 39 —

CAP. I.





CAP V T. I.

De Causa Admonitionis Gretserianæ, EXTERIS inscriptæ.



ADMONITIONEM tuam, Gretser. Jesuita, de Biblijs Tigurinis, inscripsisti EXTERIS: dubius eram, quinam tibi essent Exteri, et cur illis potissimum hanc tuā comonefactionem consecrāres. 35Enim verō si in sacrâ Bibliorum Translatione, vel erròrem aliquem notabilem, vel fraudem minimam offendisses: næ non tam Exteras illas & remotores nationes, quām propinquiores Helvetios, Suevos, aliosq; Germanos, præ exteri admonendi, occasio & causa tibi suppeditata fuisset idonea: Verū lectā relectāq; Admonitione tuā totā, facile deprehendi, qui nam Exterorum nomine tuam mentem subierint: & unde illa tuxelachrymæ obortæ! Dicam canidē quod sentio.

Serenissima Venetorum Respublica, jam pridem æ quo plura sustinuerat gravamina, a Pontifice & Hierarchiā Romanā à vnu vbiwō profecta: ita ut libertas ejus in puniendis maleficiis atque flagitiis, tam rasis unctisq; clericis, quām cæcis laicis, juri divino consentanea, palam immisui: ^b ut quibusvis sive Senatoribus, sive civibus alijsq; domesticis, sive etiam peregrinis, undelibet gentium adventantibus, cuiusvis sortis et conditionis hominibus. licen-

A

VINDIC. BIBLIOR.

tia condendi templo , facella , xenodochia & cœnobia ;
promiscuē quo cunque libéret loco per universam ditionem
Venetam, concessa fuerit. Illuſtrissimo etiam Duce & Sena-
tu inconsultis : ut ex Monachis potissimum Iesuitæ, di-
vī-
tum ægrotorum animis singulari calliditate sese insinuan-
tes, ad ipsorum lectos, ceu corvi ad cadavera, convolare soli-
ti, promovenda pietatis, animarumq; e purgatorio per vi-
gilias & anniversaria redimendarum praetextu, integras ſa-
penumero & amplissimas hæreditates, iustis hæredibus ex-
clusis, ad se transtulerint : adeo ut annui Iesuitarum proven-
tus censuſq; accrescentibus tam immensis pecuniarum le-
gatis, cum universis Venetianæ Reipublicæ vesticitalibus,
jam certaturi fuerint : & præsentissimum periculum publici
ærarij, ceu potissimi nervi sumptuum, terrâ mariq; belli
pacisq; tempore sustinendorum, imminuendi exorbendī-
que : authoritatis item & libertatis universæ opprimendæ,
Illuſtrissimæ illi Reipublicæ impendéret.

Quâ gravaminum mole , prudentissima Respublica,
quantumvis refragante Pontifice Paulo V. impulsa fuit, ut
aucupes istos publicorum honorum infatiables , privile-
giorum liberarum Rerum publicarum hostes Iesuitas , pu-
blico edicto, Civitate & territorio suo , laudatissimo exem-
plō, exegerit: post habitis tot censuris, comminationibus, in-
terdictis, maledictionibus, excommunicationibus, e Ponti-
ficio Olympo, fulminis instar bruti, vibratis.

Interea durante isto inter Venetos & Pontificios diſsi-
dio: adeoq; non nihil remittente Pontificie Inquisitionis ri-
gore, variorum authorum scripta, ultrā citrōque emissa in-
lucem prodeunt: & inter complures Theologicos libros, ty-
pis Venetianis excuditur liber luculentus, nigro Gretseri
lapillo notatus, CLYPEVS Concionatorum verbi Dei: quo Ca-
tholicæ veritatis concionatores, tanquam armaturæ cataphracti re-
pariantur, ad sustinendum & retorquendum omnia ad versiorum spi-
cula;

culasive Iudeorum, sive hæreticorum; authore Ferdinando de Escalante, ordinis Sanctissima Trinitatis, & redemptionis Capitiorum, Sacra Theologia Doctore. Qui liber antequam in publicum orbis Christiani theatrum prodiret, Censurâ trium illustrissimi Consilij directorum, approbatus: quinetiam DN. Philippo tertio, Hispaniarum Monarchæ, luculentâ præfatione dedicatus fuerat.

Author verò illius Clypei, integræ conscientiæ fide, studioq; historicæ veritatis afferendæ, honestissimam Interpretum Tigurinorum, quæ digni erant, mentionem fecit: a dō ut bonus ille Ferdinandus, hoc libro edito seipsum in gravem suspicionem hausta hæreseologiæ, apud Sedis Romanæ adulatores Jesuitas conjecterit: & velut imprudens commendator ac propagator, librorum anathemate Pontificio interdictorum, infestissimum ab iisdem adhuc sustineat odium. In ultimo autem capite libri sexti, tractat author hanc quæstionem: Vtrum certum sit, in alijs editionibus Latinis Catholicorum, quæ circumferuntur, Sacram Scripturam esse æquè ut in vulgatâ; Ibi commemorata translatione Sanctis Pagnini Lucensis, monachi Dominicani: Benedicti quoque Ariæ Montani: tandem Tigurina mentionem facit. Verba verò bonâ fide allegata, ita habent: lib. 6. cap. ult.

Diu multumq; flagravi studio & desiderio videndi translationem Tigurinam, ut tractarem quidnam autoritatis Latina illa inter ceteras editiones publicas retineat: nec uspiam quærendo invenire posui: vadens autem vîsum & salutarum doctissimum, integerrimum, & sanctissimum virum D. Sanctum ab Avila & Toledo, illustrissimum & reverendissimum Episcopum Giennensem, non minus sacra rum litterarum scientiâ præpollentem, quâni verbi di vini prædicatio ne præstantem: præter infinitas Sanctorum reliquias, quibus devo tissime deditus est, quas ostendit mibi, inducere dignatus est me in Bibliothecam suam, omnium quas unquam vidi operib. selectissimis maxime referat: Inter ea reperi Biblia Tigurina tantoperè desidera

VINDIC. BIBLIORI

ea, quæ lubentissimo animo illuſtrissima ſua dominatio mihi mutuo de-
dit, operâ & diligentia elaborata Leonis Tigurinae Eccleſia Epi-
ſcopi, qui pio zelo fervens, Latinam versionem Bibliorum moliri
cepit. In transferendi autem Veteri Testamento uſus eſt, Hebraic-
co exemplari emendatissimo: Græcis etiam & Latinis editionibus:
unde lectionis veritatem putavit eſſe potendam, neq; neglexit, que
de genuino & germano ſenſu, paſſim tradiderunt Orthodoxi eloquii
divini interpretes.

Adjutus eſt autem plurimum opera & induſtria clarissimorum
virorum, eam linguarum, quam rerum peritissimorum, quibus omni-
bus adminiculis Latinam ſuam translationem, syncretè ad veritatem
Hebraicam conformare conatus eſt, quam ad operatum finem perdu-
cere non potuit, propter ingentem tanti operis molem. Non enim cor-
pusculum optimi viri ſenio jam debilitatum, & laboribus fractum, diu-
nius tantum oneris uſtinere valebat: quare in morbum incidentis gra-
viſimum, praefatiſſimæ mortis nuncium certiſſimum, orabat arq; ob-
ſtabatur. Theodorum Bibliandrum, in Eccleſia Tigurina ſacra-
rum litterarum expoſitorem, & Conradum Pellicanum ſancta lingua
ibidem profefforem, ut ea in ſua Bibliorum Versione abſolverent, que
morbo & morte interceptus, tranſferre & perficere nequibas, oſto
ſcilicet poſtrema capita. Ezechielis, Danielem totum, librum Iob
integrum, Psalmos quadraginta oſto ultimos, libillos Salomonis du-
os. Eccleſiſtem, & Canticā Canticorum, que ob rerum & ſtyli diſ-
ſicultatem non atrigerat, ſed ultime reſervaverat. conatui. Postquam
verò ad Dominum felicissime migrasse Leo, Bibliander & Pellican-
us certiſſime & diligenter, que promiferant preſtiterunt. Et pro-
pterea quod felicis memoria Leo, laborem ſuum dicatum voluit fide-
liſmis & religioſiſmis fratribus, paſtoribus Verbi & Eccleſiarum
ministra, per agrum Tigurinum, hinc factum eſt, quod Translatio hac
Tigurina nuncupetur.

Libros autem ſacros hujus translationis ita diſpofuerunt, ut Cy-
prianus in expositione ſymboli: coniunxerunt enim historiales omnes,
akordes condito ultra inſtaurata urbem, à capi vitate Babylonica:
bus sub-

TIGVRINOR.

3

bis subjunxerunt Prophetas: maiores & minores numero sexdecim: quibus denum appenderunt reliquos variè contextos libros: Volumen scilicet Iob, hymnorum codicem, & Salomonis libros tres. Porro libri omnes Ecclesiastici soli in unum volumen sunt redacti, & ut mira suavitate permulcerent lectorem, affixerunt unius verso argumenta singularium capitum, carmine comprehensa à doctissimo viro Rodolpho Gualthero, in gratiam & usum studiosorum composita. Annotationes quoque suas suis libris apposuit Bibliander quemadmodum Leo suas sua versioni adjectit. Notæ etiam marginales ubique occurrunt; diversitatem lectionis, & versionis varietatem indicant, & sensum aperiunt auctorum; occasionem subministrant majora in vestigandi, rationem dēmī nonnunquam reddunt versionis. Testamentum novum horum Bibliorum Tigur. veritatis Def. Erasmus Roterodamus: nihilominus eamen collata est hac novi Testamenti editio cum ipsa veritate Græca; consulis interim aliquot per rectius exemplaribus & verbis, editione scilicet Hispano, sive Tolerana, Gallieana sive Parisiensi, & reliquis quibusdam codicibus antiquissimis. Potissimum vero in hac parte operam praſertim, optimi & doctissimi viri, Petrus Cholinus, & Rodolphus Gualtherus.

Ex hac Cypri Venetiani consideratione; cuivis cor dato facilis conjectura assequilicit, qui nam illi EXTERI sint, de quorum salute tam solicitus anxiusque, Gretsero, fueris: Venetianos putas, Italos, Hispanos, Gallos; quorum oculis, lumen illud orthodoxæ fidei, ex secretâ librorum Evangeliorum lectione & investigatione, paulatim assulgere: contratio vero Pontificia fraudes, superstitiones & imposturæ, penitus innotescere: eoque dexteroris de Nostratum studijs laboribusque Ecclesiasticis, iudicij signa, ab iisdem EXTERIS magis magisque deponi cœperant.

Sed quorsum hæc magni, me hercule, ponderis EXTERIORVM mentio apud me fuerit. Attestor enim conscientiam tuam, Gretsero, tantam esse divinæ veritatis vim; ut licet sive laicis ecclisis, Sacrarum Scripturarum utriusque Te-

A 3

VINDIC. BIBLIOR.

stamenti: sive & clericis & laicis simul, Orthodoxorum Evangelicorum librorum lectione, anathemate diro, interdictis, nullis tamen humanæ prudentiæ machinis opprimi queat: adeo ut inter medios Italos & Hispanos, qui Catholicissimi sedis Romanæ filij audire satagunt, complures reperiantur, non minus quam inter Turcas & Mahometanos, quibus propitiâ Domini providentiâ, præter humanam expectationem, librorum quorundam de fide Orthodoxâ editorum copia obtingit: quod exempla piorum martyrum in media Hispania & Italia, ob gustum reformatæ Religionis qualemeung, ex libris interdictis haustum, patrum & nostrâ memoriam igni traditorum, aperte testantur: CHRIS., STOIESV Rege veritatis victoriose, inter medios hos stes perpetuum dominatur, Psalm. 110 v. 2.

Deinde tantam Evangelicæ veritatis lucem esse constat, ut si omnibus Christianum nomen profitentibus, nostrorum librorum libera legendorum copia, & Orthodoxâ nostrâ juxta ac Pontificiæ doctrinæ ad canonem divinum utriusq; Testamenti, expendenda, facultas concederetur, de universi Papatus superstitionibus, quantumvis speciosis, facilè actum foret. Quod Pauli Vergerij, Episcopi Lustinopolitani (quod ditionis Venetorum in Histria est oppidum) à Pontifice Romanilatere, ad Carolum V. Imper. & ad Ferdinandum Regem, in Germaniam legati, exemplo illustri, pluribus omissis, comprobatur, circa annum 1540.

Annon interdictum lectionis sacrae, certissima est nota hæreticorum, lucifugarum divinæ Scripturæ, juxta Tertullianum de Resurrect. Carnis cap. 3: Annon causæ pravitatem produnt illi ipsi, quos pudet Evangelij, quod tam men potentia Dei est ad salutem omni credentis? Rom. 1. Et quicunque teste Salvatore Ioh. 3. v. 20. perversè agunt (& docent) illi oderunt lucem (lucernam illam semitarum nostrarum ad æternam lucem Psalm. 119.) nec veniunt ad lucem

, lucem, ne arguantur opera eorum; Annon econtrario
Orthodoxæ Religionis indubitatum est indicium, libertas
evolvendi & ad trutinam Prophetarum & Apostolorum,
adversariorum de fide libros examinandi, p̄ijs ac prudentijs
bus quibusvis concessas;

Luce enim meridianâ clariss est, multa errorum, blasphemiarum, haereseon, jampridem Orco traditarum, portenta reformatis Ecclesijs calumniosē falsōq̄ imponi & imputari; ut odium & invidiam plebeiorum, doctrinæ nostræ imperitorum, in Evangelicam Religionem, vehementius concident & incendant, simplices à iudicio Iesuitarum pendentes, alienis oculis videntes, alienis auribus audientes, alieno ore loquentes, à cognitione veritatis arecant! Quā omnia sponte sua ruerent, si εὐγένεια illa, quam Spiritus S. tantope re in Berōensibus; Actor. 17. quotidie scrutantibus Scripturas commendat, an hęc ita se habeant, inter tam vicinos, quām Exteros illos Romano-pontificios, locum haberet ullum: Nec Iesuitæ ipsorum ἀρχιπλαται spiritali, posthac ullis æquivalētationibus, incendijs, persequotionibus et bellis, superstitiones suas propagare molirentur: Sed exemplo Christi, Prophetarum, Apostolorum, Ecclesiistarum reformatarum, verae institutione verbi divini, armis spiritualibus in Deo validis, fidem Catholickam asserere, vindicare & conservare studerent;

Quo autem animo maligno, Grecere, Tigurinorum Bis-
Bliorum versionem ad Exteros detulisti, eodem communiter
omnes Iesuitæ, fontes Hebraeos & Græcos Scripturarum
Propheticarum & Apostolicarum, velut suspectæ fidei co-
dices, injuriā temporis depravatos, traducunt & diffa-
mant: Et licet aliqui concedere videantur fontium illibatam
puritatem; solam tamen vulgatam editionem authenticam
estimant & amplectuntur: Scriptorum τῶν γυνοτῶν ab ipso
Spiritu S. inspiratorū authoritatem non divinam; ex mate-

VINDIC. BIBLIOR.

ria, forma, fine & effectis proprijs certissimé de promtam;
sed humanam, Ecclesiasticam, ab arbitrio Pontificum &
conciliorum dependentem: Obscuram, imperfectam, man-
cam, instar cerei nasi flexibilem, convitiantur: quod uni-
us Hosij testimonio de expresso Dei verbo, demonstra-
tur. Nos Scripturas (ajt) quarum tot jam non diversas modo,
sed etiam contrarias interpretationes afferri videmus, facessere
jubeamus, nec ad egena ista Elementa convertamur. Non oportet
Scriptura peritum, sed à Deo doctum esse: Vanus est labor qui Scri-
pturis impenditur, &c. Proh magnificum divinæ Scripturæ
Encomium, Iesuitico spiritu dignum, ad extremos Garan-
mantas emitendum.

C A P V T. II.

Calumniæ generales, quibus Or-
thodoxi Pastores Ecclesiae Tigurinæ, tam vivi,
quam defuncti, à Gretsero procacissime
proscinduntur.

Exhorresco, bona fide, revocans in memoriam, Sa-
tyricam tuam, Gretsero, procacitatem & maledi-
centiam, quā non modo pījs manibus virorum de
Christiana Ecclesia optimē meritorum, & infide Iesu Chris-
ti, Salvatoris unici, beatē defunctorum, per universam tu-
am admonitionem insultasti: Verū etiam filios, nepotes
& successores eorundem, fidelem Deo & Ecclesiae operam
præstantes, contumeliosē pro se disti: ne minima quidem oe-
casionē ad calamus stringendum, nedum ad linguam tos-
diceris, scommatisbus, convitijs, mendacijsque virulentis
exacuendam

exācuendam, nec publicē, nec privatim lacessitus & provocatus.

Majores nostros, sanctissimae memoriae viros, quorum operā Deus misericos, Pater lumen, discessis Antichristianismi tenebris, lucem Evangelij mundo restituit, sublatā conscientiarum carnificinā, consolationem veram, pacem & tranquillitatem, fide in Iesum Christum, demonstravit, maledico tuo ore, Gretlere, eriminaris, miseros Tigurina urbis; imo fortissima & bellicissima Helvetia sedutores; avitæ fidei everfores, flagitiosos Apostatas, sacrilegos, perditosq; Sacramentarios, terrimos Hæreticos, Monasticorum ordinum desertores, votifragos sacerdotes, pessimos, nocentissimos: quorum mors aditus fuerit ad mortem secundam: qui tot millia animarum à veritatis tramite abduxerint, Episcopos in rem malam remittendos; dignos qui ab Hispanis in cineres vertantur, & judicio ipsius quoq; Lutheri, portentis habitos, intus & extra à Diabolo obfessos & circumseptos, &c.

Miror profectō, virum, qui haec tenus & doctus, lingua-
rum illustrator & in disputando moderatus etiam inter no-
strates audivit, tantā animi impotentiā, in hanc virulentam
infectionem, à nemine nostrum irritatum, nedum provo-
catum erupisse & prosultasse: omnes Christianæ charitatis
& modestiæ limites legesq; transvisisse. Ecce vero quam
egregiè Conveniant fatis nomina dira tuū: tot enim spiras ex-
spuisq; hæreticos, ut facile crediderim te in eute verum esse
GREZERVM, priore literā R. in vertice apertā, et accuratam
eius definitionem tibi longe convenientius, quam minimo
Antecessorum nostrorum, applicari posse, ut infra videbis.
Vel si Germanie jdiomatis usum retinere malis, te prodis
verum esse Rätscher, id est λόγος oportet delatorem, calumniato-
rem, adeoq; tela illa lingua tua maledicæ in pios manes no-
stratum vibrata, optimo jure in tuum finum retorqueri
posse.

Missis vero istis convitijs tuis & ad Διάβολον men-

B

V I N D I C . B I B L E O R .

dactorum Patrem remissis; Nostri ex Verbo Dei didi-
cerunt, maledicta & diras, Satanæ, Antichristi & mundi ex-
secrations, patienti animo sustinere. Beatos nôrunt præ-
dicari Salvatoris ore (Matth. 5.) qui convitia & persequi-
tiones ferant præter meritum falsó & mendaciter, & quid
vis mali perpetiantur propter Christinomen, idem Pro-
phetis & Apostolis, imo beatissimo veritatis ori Christo
accidisse; Si probris afficiuntur (1. Pet. 4. v. 14.) propter no-
men Christi, beatificis; quoniam & ille gloriaz, & Domini
Spíritus super vos requiescit; qui quod ad illos quidem
attinet, blasphematur, quod ad vos autem, glorificatur.

Deinde solantur nos adversus virulentam tuam, Gretse-
re, & oīd opiar, luculenta illa divini præsidij documenta, quibus
lucis Evangelica renascentis prædicti instauratores, Spiritu
Sapientia & Fortitudinis instructi, Reformationē non mo-
dō cooperant, verūm etiam propagārant & consumārant; Ce-
saribus, Pontificibus, Regibus, Principibus, Monachorum
ordinibus, frustra renitentib arma & flārias minitantibus.
Nam profigatis errorum et superstitionum idololatricarum
tenebris, excusso item jugo servitutis Antichristianæ, puri-
tatem doctrinæ & cultus divini, ad præscriptum Canonis
Prophetici & Apostolici, juxta primitivæ Ecclesiæ idēam,
pristinō nitore Ecclesijs restituerunt; non externā vi, seditio-
nibus, proditionibus, armis; sed voce & scriptis, prudentiss.
Magistratu, exemplo Davidis, Asa, Iosie, &c. operam suam
politiciā cum Ecclesiastica autoritate strenue conjungente.

Instituti illius operis successus erat quoq; admirabilis pla-
né & divinus. Cūm enim proximē antegresso seculo, litera-
rum bonarum instauratio passim in Scholis facta fuisset; &
ars typographica prius ignota, instar præclarri organi & ad-
miniculi sequituræ repurgationis, peculiari Dei beneficio,
revelata fuisset: factum est, ut cordati homines, tot supersti-
tionum & errorum pertæsi, in Helvetia, Germania, Gallia,
Belgio, Anglia, Polonia, Vngaria, Italia, veritatis lucem afa-

fulgentem facilius perspexerint, & ad Orthodoxos veritatis
divinae praecones se se alacrius aggregarint, quin etiam in
hunc usq[ue] diem, adversus millenas Satanae, Antiehrasti & in-
grati mundi, minas machinasq[ue] cōstanter, dulcissimadoctrina
næ warapuoræ, perstiterint, & porro firmiss. divini presidij
spe, infractis animis perseveraturi sint: *Rumpantur ut ilia Esaro*

Tertiō, confirmant nos adversus Satyricam tuam ~~per olo-~~
~~yia,~~ Gretsero, præclara illa testimonia illustriū Ecclesiarum,
Civitatum, Rerumpublicarum Helveticarum, quib. Refor-
matorum suorum sanctissimam & docendo & conversando
operam præstitam, honorificentissimē exornārunt: judicia
item & encomia publica exterarum gentium, puta Germa-
norum, Belgarum, Gallorum, Anglorum, Polonorum, Vn-
garorum, quib. majorum nostrorum monumenta eruditissi-
ma, Exegetica, Didaetica, Polemica, ex Sacris Prophetarum
& Apostolorum fontibus derivata, luculenter eomendant:
quod vel unico exemplo Confessionis Helveticarum Eccle-
siarum, ab exteris illis ~~ō mo~~ φίας receptæ, approbatæ, & ha-
ctenus asserta, ~~av~~ h̄ p̄ p̄ f̄ t̄ s̄ c̄ o m p r o b ā r i posset.

Deniq[ue] nos confortat, adversus malignos Gretseri & om-
nium leluitarū insultus, exspectatio magni illius diei, quo co-
lestis Ille judex, sponsus & caput Ecclesiæ, Iesus Christus,
Evangelij sui veritatem, adversus quaslibet quorumvis ho-
stium, apertorū & clandestinorū, maledictiones & exsecre-
tiones, perfectè vindicaturus, Ecclesiā ab idololatriarū & he-
reticorum colluvie, electos ab hypocrytis, segregaturus est.
Quid tum eventurum sit convitiatoribus & illusoribus Dei,
Scriptura Sancte, Ecclesiæ, & fidelium piorum ~~ā u d a r o h t o e~~,
,, vivis coloribus sapiens Ille vobis prefiguravit, Sap. cap. 5.
,, Tunc siabit confidentia magni justus, in conspectu eo-
rum, qui affixerunt ipsum, & qui abjecerunt labores
eius. Videntes turbabuntur timore gravi, & stupe-
fiant propter inopinatam salutem ejus: Dicentque a-
,, pud se ipsos pænitentiā moti, & gementes propter

V I N D I C . B I B L I O R .

, angustiām spiritus: Hic erat, quem habebamus aliquan-
do ludibrio & communī probro. Stulti viam ejus aestima-
bamus furorem, & finem ejus ignominiosum. Quomodo
relatus est in filios Dei, & in sanctis est sors illius? Planē
erravimus à via veritatis: justitiae luce non lucente no-
bis; & Sole justitiae non exorto nobis, iniuriantis & per-
ditionis callibus explati sumus: & perambulavimus de-
serta avia: viam autem Domini non cognovimus. Quid
juvit nos superbia? Et quid divitiae cum gloriatione con-
tulerunt nobis? Præterierunt illa omnia tanquam um-
bra; justi vero in seculum vivunt, quorum merces est
in Domino, & quorum eura est apud Altissimum.

Quoad specialia vero convitia, quibus Dn. Zwinglium,
Leonem Iude & Rod. Gualtherum seorsim, proscidisti; in-
fra plenius ista persecuemur, additis nonnullis, quæ vide-
buntur ad divinæ gloriae, veritatis Evangelicæ, & præcla-
ræ plorū Doctorum existimationis vindicationem, neces-
saria esse: de quibus tecum, Gretsere, ita agemus, ut postha-
bitis stultorum armis, cavillis, dicerijscq; res cum re, ratio-
cum ratione certatura sit.

C A P T . I I I .

De consilio, fine & usu Translatio- nis à Theologis Tigurinis olim susceptæ & absolutæ.

REnascente jam; divinâ benignitate; purioris Evan-
gelicæ doctrinæ luce, in Helvetiorum metropolis;
interpretatio & illustratio Sacrarum litterarum
viris quibusdam Clarissimis, & linguarum peritissimis de-
mandata fuerat; qui ab Anno D. 1524. Vetus Testamen-
tum, ex veritate Hebreica, linguarum collatione; ex Ortho-
doxorum

dōxorum veterum quoq; interpretationibus, in Ecclesia &c.
Schola Tigurinā fidelissimē exposuérant:

Continuata autem fuerat illa Scripturas Canonicas in-
terpretandi provincēa supra annos octodecim, in ereditibili
curā, diligentia, fide ab ijsdem viris, quorum assiduus audi-
tor fuerat LEO Iudæ, inter pastores Tigurinos non postre-
mus, qui ex ore Professorum studiosissimē exceperat, quæ
cunque ex proprietate & ingenio linguae Hebraicæ, ex He-
braeorum Rabinis seu interpretibus, ex Ecclesiasticorum
veterum & neotericorū enarratione, è collatione exempla-
rium, & diversa lectione, summa industria & eruditione pro-
posuerant; quæ postmodum domi recolligens, cum ipsis au-
thoribus, librisq; authenticis conferens, divinā haud dubie
providentiā sic præordinante, veluti sylvam futuro huic o-
peri præparavit. Quæ viri illius indefessa industria, com-
plutes Ecclesiistarum in Helvetia Reformatarum antistites,
viros pios juxta atque doctos permovit, ut confertim & in-
desinenter tam necessarij operis conatum & consumatio-
nem ab ipso postularent.

Ille vero laboris molem initio subterfugerat cunctana-
do, tūm quod pro sua humilitate & modestia, illud opus fa-
cultate sua majus stimaret: alijscq; linguarum peritioribus
& eruditioribus commendandum jūdicaret: Tūm quod
tum temporis quoq; extaret non una Biblīorum, ex He-
braeorum & Græcorum fontibus de prompta translatio La-
tina deniq; quod non aliud scribendigenus calumnijs ma-
gis obnoxium esset, quam translationes.

Instantibus vero fratribus, Ecclesiistarum Pastoribus, &
libertatem transferendi Biblīcum textum, ex nativa lingua
in Latinam, vel aliam popularem, veteribus quoque solen-
nem fuisse, contendentibus: Vulgatam vero Versionem
Latinam, licet universorū Pontificiorū judicio pro sola au-
thenticā, divinā, Canonicā approbatam, ab Hebraicā veri-

V I N D I C . B I B L I O R .

tate, & Græcorum fontibus tam enormiter multis in locis
discrepantem, tot barbarismis & solœcismis scatentem &
corruptam, ab Hieronymi stylo διεδεκατω alienam esse,
ex Lyra, Pagnino, Cajetano, Valla, Ludovico Vive, Aria
Montano, evidenter demonstrantibus, deniq; communem Ec-
clesiæ Christianæ ædificationem, & divinæ gloriæ propaga-
tionem urgentibus; tandem hisce rationib. optimus vir, Leo,
persuasus, sacro operi manū suam pio zelo admovit, consola-
tus sese illo Hieronymi: *In templo Dei offert unusquisq; quod po-
tes;*, alij aurum; alij argentum, & lapides pretiosos; alij byssum, &
purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur.
si offerimus pelles, & caprarum pilos. Et iterum; *Diversa sunt Dei
dona, & talenta maledictus qui non gnariter suo talento negotiatur.*
Ego itaq; paupertate mea deprompta, si quid lucrari queā, experiar, etc.

In transferendo autem usus erat Leo, Hebraico exempla-
ri, eoq; emendatissimo, quod religiosissimè, ceu unicam Cy-
nosuram, & æternæ veritatis regulam observavit: consultis
quoq; alijs exemplaribus Hebræis, circa locorū difficultum
interpretationē: Græcis item Latinistq; editionibus alijs non
neglectis, ut penitus ipsi constaret, quid de genuina lectio-
ne, & germano sensu, Orthodoxi Ecclesiæ interpretes pas-
sim tradidissent: adjutus plurimū operā & diligentia fide-
lissimorum Collegarum, quorum judicio & censuræ opus
successivē contextum, totum submisit. Atq; ita majorem ve-
teris Testam. partē persequutus est, idq; tantā fide, ut equi
candidi q; lectoris, qui affectib. non abripitur, conscientiā te-
stari possimus, interpretē illum nostrum nullibi quicquam
malitiosè detorsisse, nullib; scientem, volentē, tantillum de-
pravasse, nihil alieni infarsisse, nihil impie deiruneasse, sed
optimā fide, genuino & simplicissimo sensu, idoneā dicendi
mediocritate absq; superstitionis eloquētia, omnia reddidisse.

Verum est, hunc sacre interpretationis laborem LEONI
IVD AE viro optimo tanto constitisse, ut mole grandis
operis

Operis oppressus, corpusculi teneri viribus senio debilitatis, antequam ad finem perduxisset, in lethalem inciderit mortuum: Residui vero operis partem, D.N. THEODORO BIBLIANDRO, professori Theologiae in Schola Tigurina fidelissimo, consentiente & eundem cunctantem exhortante universo Pastorum coetu, demandarit: qui, licet afflita esset tum temporis valetudine, translationem feliciter absolvit: & postmodum a Clarissimo viro D. Conrado Pellicano S. Linguæ Professore celeberrimo visam, recognitam, comprebamat, quam castigatissime, in lucem emisit.

Ecclesiasticorū vero librorum, a Canone Prophetico Veteris Testamenti perpetuo distinctorū, conversionem ē Greco in Latinum sermonē, fidelissimè pertexuit DN. PETRVS CHOLINVS Tugensis, genere patritio ortus, vir pius, quinq; linguarum eximiè peritus, sanctimoniā vitæ preclarus, cuius mors placidissima, vitæ temperanti & innocentī respondens, in ipsum diem Editionis absolute inciderat. Deniq; Testamenti Novi interpretationem ab Erasmo, illustris literarum Antistite, elaboratam, & annotationibus ejusdem illustratam, majore ex parte Theologi Tigurini retinuerunt, ita tamen ut N. Testamenti editionē cum ipsa veritate Greca, ex qua lectionis autoris canon unicē de promendus, accuratiū contulerint, consultis quibusdam paretusis exemplaribus, Editione Toletana, Gallicana item sive Parisiensi, Anglicana quoq; alijsq; nonnullis codicibus.

Verū enim vero prædicti Bibliorum interpres Tigurini, non alium in labore illo sacro sustinendo finē respexerunt, quam communem Ecclesiae Christianae utilitatem, cui pro virili prodesse voluerunt: quo nomine fidelissimis & religiosissimis perditionem Tigurinam fratribus, Ecclesiarum Pastoribus, hoc opus sacrum dedicatū voluerūt, ut in hœc seū unicē exercerent, quō aliquando summo Pastori et Servatori nostro Iesu Christo, adjudicū reddituro, pro ovibus sibi commissis rationē reddere possent; firma spe freti, complures

V I N D I C . B I B L I O R .

per orbem Christianum Pastores, & religiosos Iesu Christi cultores, hoc labore ad promovendam pietatem sancte usus-
ros esse.

Hoc ipsum DN. Leo , in praefatiuncula Proverbijis Sa-
lomonis præfixâ , proximè ante obitum suum testificatur:
Mibi hoc unicum semper in omnibus studijs meis propositum fuit ; hic
unicus scopus, ad quem collimavi : ut id, quod ore Dei proditum mihi
esset, Cœdavor & ceu Lydium lapidem sequendum , proponerem , ne ye-
transversum pilum ab eo deflecterem ; Deinde ut mihi, & alijs, ea que
ex ore Dei observasssem, ad virtutem & veram pietatem promoven-
dam, accommodarem; adeoq; multis prodeßem. Hoc si assequor, satis mi-
hi furit; si minus, contentus ero conscientia recti: id fecisse, quod di-
ctat caritas, qua nihil agit perperam.

Habes Gretsero Jesuita, Translationis Sacerorum Bibliorū
rum à Theologis Tigurinis, fidei, doctrinæ, vitaq; probatae
viris, felicissimè absolutæ consilium, scopum & rationem:
ex quibus nulla vestigia criminis falsi , pro invidâ & malis-
gnâ tuâ mente, ipsis intentati, demonstrare poteris: vel au-
thores φιλοτιμεύες, & privati nominis gloriam affectantes,
cum quopiam propter versionem digladiatos fuisse. Nemini
enim præjudicarunt nemini laborem sacram imperiosius
obtruserunt: nullius pñ doctrinæ viril labores vigiliasq; , hoc
vel alio scripti genere contempserunt. Sed omnium Sacris
invigilantium literis sedulitatem magni fecerunt: nulli mor-
talium invisiuri, si quis accuratius, terciusve, pro dono coe-
litus sibi concessu, Sacra Biblia, posteris temporibus inter-
pretaturus fuisse.

Cum vero tam innumeris laboribus, vigilisq; , propa-
ganda divinae gloriae studio susceptis, quibus nulla par gra-
tia referri queat, complures Ecclesiaz, tam Exteraz, quam vi-
cinaz, maximo cum fructu & emolumento usæ fuerint, eas-
demq; luculentissimis Encomijs cohonestârint; conscientia
quoque cordatores Pontificios , de hujus operis dignitate
convin-

convincente. Ecquid te Gretsero permovit; qua privata vel publica injuria laeessitus in hanc Satyricam Palæstram profilisti, ut opus hoc sacrum, supra septuaginta annos universo orbi Christiano commendatisimum, tam diris convitijs proscinderes? Quod aliud hinc reportas ap̄is eis, nisi ut turpisimam ingratiitudinem, animi livorem oditumq; in Evangelicam Orthodoxiam lethale, & viris de Ecclesia Christi optimè meritis insultandi maledicendiq; nāoxvuiav putidissimam prodas?

Obijcis, sciolorum esse ingenium, novas Bibliorum Versiones proferre, quo laudem eruditio[n]is in lingua Hebreā resurgent; quod sententia quadam ex operibus Lutheri, de verbis Novissimis Davidis, allegata comprobare sat agis. Vnde colligere videris, sacrosanctam Scripturā divinā authoritatem ejusmodi translationibus quas sāri & in dubium vocari, imminui item veteris Ecclesiā existimationem, dum posthabita versione veteri, vulgata communiterq; recepta, Translationes novāe proferantur, inter se verbotim non congruentes. Negamus Gretsero, sciolos καὶ τὸν νέον οὖτας affectatores esse, qui dona divinitū concessa, illustrandis Scripturis, ad publicam Ecclesiā utilitatem, cum timore Dei impendunt; Negamus, hoc pietatis studio divinām authoritatem Scripturarum labefactari: verū potius eandem commendari & propagari asserimus. Cū enim divini verbi majestas in ipsis fontibus resideat, illorum meditatione & scrutatione solerti, divināe veritatis gloriam magnificeri & celebrari certum est. Nec ex ullis historijs probatur, Ecclesiām Christianam, veram dogmatum fidem juxta aliorum librorum canonem examināsse, nisi juxta Hebræa volumina in Veteri; & juxta Græcam veritatem, in Novo Testamento.

Versiones autem Bibliorum ex lingua nativa in Latinam, sive aliam tritam, liberas in Ecclesia Christiana fuisse

C

VINDIC. BIBLIO R.

constat: ut sermo Christi copiosè cum omni sapientia in fidelibus Christianis inhabitaret Colos. 3. 16. Erasmus litterarum Antistites in suis ad N. Test. annotationibus demonstrat luculentier, discrepantes fuisse multorum Sacra Scriptura locorum interpretationes Cypriani, Hieronymi & Augustini. Certum quoq; est Occidentali Ecclesiæ, S. Hieronymi seculo, usitam tuisse Latinam versionem, licet ab incertis authoribus profectam: cuius tamen non fuerat tanta authoritas, quin Hieronymus novam concinnarit, veteri quidem Testameto ad Hebraicam, Novo autem ad Græcam veritatem revocato: & libertatem suæ translationis vel recipienda, vel repudiandæ Ecclesijs reliquerit. Deniq; quod nullus unquam in orbe liber exiterit, in quo describendo, reddendo, vel transferendo, plura laborarint ingenia, quam in codice Bibliorum sacro.

Huc speciat Augustini sententia, libro de doctrina Christiana 2. cap. II. Qui Scripturas ex Hebreæ lingua in Græcam vertierunt, numerari possunt: Latini autē interpres nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus, in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis sibimet utriusque linguae habere videbatur, ausus est interpretari. Qua quidem res (cap. 12. ejusdem libri) plus adjuvavit intelligentiam, quam impedivit, si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum saepe manifestavit inspectio: Et quamvis versiones singulorum non verbitim, & per omnia consentire videantur, sufficit tamen eas sensu convenire, praesertim in dogmatum veritate.

Magnoperé vero admiror, Gresere, billem tuam Tigurinam saecorum Bibliorum versione adeo intumuisse, cùm longe antiquiorem stomachandi occasionem captare potueris. Anno in celebri Gallia synodo Viennensi, circa Annum Dñ. 1311. a trecentis Episcopis sanctum fuerat, ut linguae Orientales, Hebreæ, Syriaca, Chaldæa, Arabica, Græca, in publicis Scholis, ad propagandam Religionis Christianæ verita-

veritatem, docerentur, ut haec ratione Saraceni infideles, qui nullis armis, bellisq; haec tenus domari poterant, lectione saecularum literarum populari & vernacula, ad viam salutis reveruntur, Christo lucriferent: Ab eo enim tempore, Academis per orbem Christianum apertis, linguarum & literarum studijs restauratis, fundamenta futuræ Reformationis Ecclesiarum jacta fuerunt.

Illius vero Concilij decretum, tandem exsequutus fuerat Franciscus Ximenius Archiepiscopus Toletanus in Hispania, Academæ Complutensis fundator, qui circa Annum Domini 1515. Sacra Biblia sex Tomis, incredibili sumptu ediderat, ita ut Veteris Testamenti textus Hebraicus, & Paraphrasis Chaldaica (in qua Scripturaræ verba non tam strictè retinentur, quam sensus verborum è sensu depromuntur, & quæcunq; de Messia dubiè scripta videbantur oracula, aperta & clara redduntur) cum totidem versionibus Latinis: Novi vero Testamenti textus Græcus cum Translatione Latina, luculenter extaret, quod opus à Leone X. Pontifice Romano, magnificis privilegijs communictum & commendatum fuerat.

In quo opere admiranda Dei providentia eluxit. Etenim cùm illud ipsum non tam cura, & sumptibus Pontificij Cardinalis, quam magnifico privilegio Papæ Romani, in lucem prodijisset, non aliter, ac si divino quadam oraculo & mandato omnibus lectu ad primæ necessarium obtrudetur: Ecce factum est, ut, quod ne cogitando quidem sancti illi Patres divinare poterant, occasio & organon exoptatis simum suppeteret, quo textus Bibliorum sacrosanctus, jampridem otiosorum Monachorum & Sacrificorum temporis, pulvere situq; cooperitus, penitus inspiceretur, & in apertam lucem revocaretur: adeoq; gladius d'isouG, ερθυμητων καὶ ερεικῶν καρδίας κρίνων Heb. 4. ad infligenda corpori Pontificio vulnera lethalia, viris pijs doctiscq; spiritu Heliæ præditis, in manus porrigeretur.

C 2

VINDIC. BIBLIORE

Idem sentiunt Evangelici Doctores, de opere Hispaniæ
eo, Benedicti Ariæ Montani, viri decem linguarum peritis-
simi, studio, sumptibus vero Philiippi Regis Hispaniarum,
Antuerpiæ novius edito: In quo textus Hebreus cum para-
phrasi Chaldaica, Græca, Syriaca, & aliquot Latinis, Veteris-
bus ac Novis conjunctis, magno cum compendio fructuosa-
dissentum extat.

Tantum abest, Gretsero, ut Pontificijs illustrem hanc
gloriam, ex magnificorum operum Biblicorum Editioni-
bus comparatam, invideamus, ut potius pro singulari hoc
benefacto divinitus concessio, & præter consilium scopum-
que Paparum, ad Evangelicæ lucis propagationem directo,
æternas Patri luminum gratias agamus: eodemque vestro
exemplo, Antecessorum nostrorum laborem studiumque
transferendis & illustrandis Sacris Biblijs impensum, a ca-
lumnijs Sycophantarum confidenter vindicemus.

Placuit vero his annexere luceulentum de Biblijs Tiguri-
nisi judicium Iacobi Augustini Thuani, Præsidis Parisini,
hominis Pontificij, histor. l. 35. pag. 714. quod Gretserus trun-
cate, pro fide Jesu, allegavit: Ejus autem verba ita habent:
*Obiit ex peste Tiguri, ubi profitebatur, Theodorus Bibliander, vir
multi-jugæ eruditioñi valde senex, cui in munere suffectus est Ioh.
Guilhel. Stuckius. Novæ autem Bibliorum editioni anno 1543. Ti-
guri publicata, quam Leo Iuda inchoaverat, & moriens, ut opus per-
sequeretur collegis in fidem religiosè adattis transcriperat, ultimam
manum imposuit Bibliander, Conradi Pellicani, et Petri Cholini Tu-
giensis, Græca lingua peritiissimi, operâ adjutus, quam translationem
biennio post in sua editione ad veterem adjectit Robertus Stephanus,
supressa eorum, qui in illa laborarunt, mentione: et Hispani Theolo-
gi diu post recognitam, per Guilhelimum Rovillium denuo Lugduni
excedendam curaverunt: Quod eo commemorandum duxi, ut Versio-
nes, tanti apud nos, & Hispanos ipsos facta origo cognosceretur.*

E.T.



ET INSIGNE DOCUMENTVM EXTARET; QVID
VTILITATIS EX ADVERSARIORVM LIBRIS, ET
INDVSTRIA, SI SEMOTIS ODIIS, CHARITATEM,
ET AEQVITATEM INDVAMVS, AD DEIGLORIAM
CAPI POSSIT.

Deniqꝫ exprobrasti, Grettere, Ecclesiæ Tigurinæ An-
tistitibus inconsideratum & temerarum Doct. Lutheri ju-
dicium, imo ingratum animum, quo Exemplar Biblicum
Editionis Tigurinæ, à Typographo CHRIST. Froshovero
elegantius compactam, & quod revera fuerat, amoris ac ho-
noris symbolon, VVittebergam missum, acceptarit, &c.
Quanti verò quælo ponderis istud fuerit, ad saeculi operis
dignitatem imminuendam. Non etenim judicium sanum
solidumqꝫ ex eo fieri convenit, quod D. Luthero, licet insi-
gni gloriæ divinæ organo, attamen ut homini, affectibus in
aestu concertationum abrepto, impotentia quadam animi
exciderat: Sed respiciendum potius, quam honorificé, ante
illud certamen Sacramentarium exortum, de Confessione
Ecclesiæ Tigurinæ senserit & scriperit: Nam Zuinglium,
& Oecolampadium, Ecclesiarum Helveticarum Reforma-
tores primos, Excellentes doctrina & pietate viros, fortis Christi
Athletas, publicis literis Anno 1527. compellavit: Helveticarum
Ecclesiarum confessionem, à Bullingerio, Myconio & Gry-
nado Annni 1536. conceinnatam, pro Orthodoxa agnovit: licet
quorundam verborum illustrationem in earequireret. Præ-
terea ex recessu conventus Schmalecaldici, mense Martio
Anno 1537. celebrati, ex publicis deniqꝫ Lutheri literis, ad
illustres Helvetiorum Civitates, Tigurinam, Bernensem,
Basiliensem, Scaphusianam, Sangallensem, Mylhusinam,
Bielensem, transmissis, evidenter constat: D. Lutherum arden-
tibus votis hoc à Deo precatum, ut Ecclesiarum Helveticarum Do-
ctores, in hoc sacro opere magis magisque confirmare velit: Quo no-
mine idem Lutherus Confessionem Fidei Christianæ fra-

VINDIC. BIBLIOR.

trum Vualdensium, per Bohemiam & Moraviam agentium, Helveticæ d̄is d̄o. m̄asōn̄ surq̄d̄ et av. luculenta præfatione toti Christianæ Ecclesiæ commendavit Anno 1547.

Porrò longè majoris apud nos ponderis erit dexterius illud judicium, Philippi Melanchthonis, D. Lutheri ~~m̄agis d̄r~~ fidelissimi, qui scriptis ad DN. Bullingerum Ecclesiæ Tigurinæ Antistitem literis, Biblicum hoc opus approbat & magnifice commendavit: è contrario verò immoderatum zelum æstumq; Lutheri ita deploravit, ut disertis verbis testificatus sit, D. Lutherum jam lecto affixum, & emigrationem suam beatam è mundo ad cœlestes sedes meditantem ac maturantem, serio animi dolore immoderatum illum & æstuantem condemnandi à se dissentientes zelum deprecatum fuisse.

Denique à Lutheri, & aliorum privatorum temerarijs judicij, ad universæ Ecclesiæ in Germania, Gallia, Anglia, Scotia, Polonia, Vngaria, Reformatæ judicium provocamus: ejusdem si usus poscat, luculentissima *testimonia ex archivis prolaturi.*

CAPUT



CAPUT. IIII.

De sacrorum Bibliorum Transla-
tione Tigurinâ, à Roberto Stephano, Parisijs, ty-
pis Regijs editâ, cum annotationibus Fr. Vatabli;
deinde quoq; librorum Hæreticorum,
á Synodo Tridentinâ inter-
dictorum.

Xpostulas porrò, Gresere, vehementi stomacho,
cum Roberto Stephano, beatæ memoriae viro, &
de Republica literaria præ cæteris Europæis Ty-
pographis, longè meritissimo, de criminè falsi, circa publica-
tionem & propagationem Translationis Tigurinæ com-
missio, videlicet, quod R. Stephanus biennio post publicata à Tiguri-
nis Biblia, Anno M D X L V. Parisijs novam Bibliorum edi-
tionem adornans, cum veteri & vulgatâ Versione junxerit transla-
tionem Tigurinam, fraudulenter, Tigurinorum nomine diligenter
suppresso: (quia Parisijs haud satis tutum erat ejusmodi Versores &
Versiones evulgare) ut ita translatio Quinglianorum, quibus jam
tum Robertus sese adjunxerat, facilitate disseminaretur; & tamen do-
lus non à quovis animadverteretur. 2. Quod item in antiqui Te-
stamenti libros, qui olim in Iudaorum Canone extabant, Scholia Va-
tabli adjunxerit. 3. Quod deniq; Genebrardus in Chronologia sua,
&c. referat Vatablum hæc Scholia à Stephano edita pro suis non
agnovisse: & gravissimè cum Stephano, tanquam cum falso expo-
stulasse: nec Stephanum aliter crimen istud diluere potuisse, quam fugā
ad Genevenses: ablatis simul typis Regijs.

Hanc verò Greserianam in se translationem, cum Stepha-
næ Bibliorū Editione, ejusdemq; adversus Sorbonistarum
et Parisiensium Theologorū censuras, vindicatione, accuratiū
collatā, nihil aliud esse, quam crambē contumeliosē recocitā.

VINDIC. BIBLIOR.

& a solertissimo literarum propagatore Stephano ipso jam pridem dilutam, evidenter demonstrari potest.

Constat enim ex Gallicis proximi seculi annalibus, R. Stephanum Sacra Biblia, veterilla & vulgata versione Latina, prorsus integra & sarta tecta asservata, quaternis vies bus, incredibili studio & labore, hactenus typis Regis, Parisijs publiceasse; nec ab ullo hominum vel hereseos, vel aliis fraudis crimen, editionibus illis intentatum fuisse. Accedit vero ut circa annum Dn. 1545. novum opus Bibliorum, gemina versione Latina: & veteri vulgata, & nova correctiore e regione apposita contextum, in lucem emitteret: non alio consilio & fine, nisi ut illa, quae in veteri illa & vulgata obscuriora essent, & a veritate Hebraea remotiora, in altera illa planius, & cum sacris fontibus convenientius proponerentur: a deoq[ue] gloria Dei, de sua immutabili voluntate, ac nostra eterna salute, in divinis illis libris testificantis: & Ecclesiae emolumenitum publicum felicius propagari posset.

Quinetiam in locis obscurioribus explicandis, adhibuit tum Sanctis Pagnini: tum omnium propemodum, qui Biblia enarraverunt, Doctorum interpretationem & annotationes: maximè vero recentiores illos Tigurinos interpres, de quorum eruditione, judicio & fide in sacris literis explicandis, publicum extabat testimonium, non sine insigni fructu consuluit: singulorum nominibus quidem suppressis: non ut simplicioribus imponeret, nedum hereseos aliquis virus animis incautorum instillaret: verum potius ut praecordium hominum, nimio repurgata religionis odio abreptorum, praecaveret: & hostibus Evangelij, viam ad prohibendum & obstruendum puriorem cœlestis doctrinæ fontem præcluderet.

Quoniam vero Hebraicæ linguae tam admiranda est inarationis, ut quo magis quis in ea interpretanda verbum verbo

verbo reddit: eō magis illius simplicis & in affectati sermo-
nis dignitatem retineat; interim verō multas loquendi for-
mas seu Hebraismos non parum obscuros relinquāt: Ste-
phanus huic incommodo mederi volens, ea licentia, quam
nonnulli in ipso contextu sibi permiserant, in Annotatio-
nibus uti, minūs periculorum esse judicavit. Si quæ igitur in
contextu, servata Hebraica phrasē, fideliter quidem, sed mi-
nūs perspicue conversa videbantur, ea ad Latini sermonis
conciinnitatem revocans, apertiora reddidit; & si quod He-
braicum vocabulum non satis significanter uno Latino ex-
primi poterat, operam dedit, ut ejus vis pluribus Latinis
synonimis illustraretur.

Et quia tum temporis Franciscus Vatablus, Regius He-
braicarum literarum Professor, magna eruditione & fide,
Canonicos Veteris Testamenti libros omnes, ab Hebræa
& Christiana Ecclesia pariter receptos, interpretatus fuerat:
& prælectiones ejus ab auditoribus solerti industria ac avi-
ditate exciperentur: Stephanus excepta ab ipsis, quanta ani-
mi attentione fieri poterat, cum Nova ista Latinā versione
contulit, & ex his peculiares quasdam Hebraicē sermonis
formas, quas ad margines Bibliorum superioribus annis a se
excusorum, annotaverat, omnes propemodum explicavit:
tanta fide & integritate, ac si Vatablus ipse istas annotationes
edidisset: maximo doctrinæ & facilitatis cumulo ad sa-
cram lectionem accedente.

Quid verō, Grettere, in his desideras? Quod in solos illos an-
tiqui Testamenti libros, qui olim in Iudeorum Canone extabant, an-
notationes adjunxit: Verum fateris: quia illi soli sunt Canoni-
ci veteris Testamenti, θεοτρευσοι, αὐλοωνισοι, Propheticilibri:
soli illi literis Hebraicis consignati: ex solis illis Dn. Chri-
stus & Apostoli testimonia sua ad confirmandam Evange-
lij doctrinam allegarunt: soli illi ab orthodoxis vetustis do-
ctoribus, inde ab Apostolorum ætate usq; ad Augustinum,

D

VINDIC. BIBLIOR.

intemperato consensu pro veré Canonicis recepti, & ab alijs Ecclesiasticis libris fuerunt perpetuo distincti: ac propterea Franciscus Vatablus Hebraicarū literarum interpres, non alios Hebreos antiqui Testamenti libros annotationibus suis illustrare potuit, nisi hos ipsos.

Quid porró Gretserus Viro integrerrimo exprobrat! Stephanum annotationes Vatableas fraudulenter adulterasse: eoq; nomine gravissimē à Vatablo accusatum fuisse: typos regios Parisijs abstulisse: nec alia ratione, nisi fuga ad Genevenses suscepta, crimen illud diluere potuisse. Mendacia sunt impudentissima; siue à Genebrardo: sive ab alio Sorbonæ discipulo; sive à Gretsero vel alio Lajolita conficta: quibus detegendis confutandisq; abundē sufficient tūm rationes gravissimæ, quibus Robertus Stephanus ante annos sexaginta, suorum operum Biblicorum existimationem, adversus Sorbonistarum & cæterorum Parisinæ facultatis Theologorum censuras virulentas, vindicavit, & typis in publicum Anno 1552. evulgavit: tūm denique illustre elogion & encomium, quo Iacobus Augustinus Thuanus, professione Pontificius, Parlamenti Parisini præses: magnæ quoque juxta Gretserianam admonitionem, authoritatis historicus, ex Archivis Regijs, Roberti Stephani fidelitatem atq; integratatem, publicè condecoravit. Ita verò haber Stephani protestatio.

Non ignoravi hactenus, quantum invidiæ passim apud multos homines viros meus ē Gallia discessus sustinere: Imo antequam Parisijs migrarem, hoc mihi sepe in mentem venit, passim à plerisque factum meum damnatumiri: non solum quid dejecta patria alio concessisse: sed quia solum vertissim cum publici boni iactura: & erga Regem, à quo tam liberaliter fueram tractatus, parum gratus fuisset. Nam mihi valde honorificum erat, quod mo Rex Typographum suum constitueret dignatus, semper præsidio suo texit contra omnes invidos & malevolos: nec cessavit modis omnibus benignè juvare. Si qui verò pīj homines finistrē de me judicaverunt, ijs ego facile ignosco: modo justam satisfactionem placidiis animis & æquis auribus nunc admittant.

Principio



Principio hoc de animi meisensu prefari cogor , quoties memoria repergo, qu ale mibi annis circiter viginti , cum Sorbona bellum fuerit; non possum satis admirari , quomodo caduto homuncioni robur sufficerit. Quoties autem liberationis meæ recordor , vox illa, quâ celebratur in Psal. 126. redemptio Ecclesie Dei, in corde meo personat: Quum reduceret Dominus captivitatem Sion, fui tanquam somniantes. Psal. 124. Benedicstus Dominus, qui non dedit nos prædam denib[us] eorum: anima nostra sic[us] avis evasit de laqueo venantium, &c. Nam quod locus, in quem me recepi, apud imperitos vel improbos minus bene audiit; quum id partim errore sit; partim malitia, su[ic] de que ferendum est. Qualescumq[ue] spargantur calumniae, sustulit me Dominus ē profunda disfimis regni Satanae tenebris: Et deduxit me in Ecclesiam suam, in qua lux illa, lux inquam unica æternæ salutis & vita luceat, illuminans tenebras omnes. Densiores, obsecro, tenebras Ægyptiacas quis credat illis tenebris, quibus obscurant hominum mentes, adeoq[ue] fascinant boni illi Theologi, quum à Christo Servatore unico, animos abducant, mentes ab Evangelij verbo: cuius loco tenebras somniorū suorum effundant.

Qua era iniquitas mea, ut me ad ignes usq[ue] persequeretur, dum vis flammae ab illis (Sorbonis) excitata, ardere in urbe nostra Luretia, An. 1532, nisi quod Biblia majori volumine, in quib[us] fides & diligentia mea bonis omnib[us] & literatis nota est, imprimere ausus fueram? quod ramen permisso & consilio Seniorum Collegij ipsorum præstiti. Cujus rei locuples testimonium reddebat privilegiū Regis, quod certe nunquam impetrasssem, nisi palam constaret primariis Rabinis ita placere. Illi tam men occasionem nacti, ad capitale supplicium me postulabant: suo more impotenter clamantes, me Biblia corrupisse: Et de me actum erat, nisi ego a Domino adjutus, quoru[m] autoritate factum fuisset, in tempore monstrasse. Idem ab ipsis aduersus me tentatum fuerat An. 1532, cum ego Typographia vitrixi mei, Simonis Colunei, præcessem, & N. Test. emendatum sanè, elegantiq[ue] charactere excusum publicasset. Tunc quoq[ue] me a iugis ad ignem rapiendū esse vociferabant, qui huiusmodi libros sacros tam corruptos imprimere. Nam corruptionem prædia cabant, quicquid a face inscrita vulgaris, cui assueverant, repurgatum erat. Atq[ue] ego tunc falli mei, quam oportuit, rationem reddidi.

VINDIC. BIBLIOR.

Elapsis annis septem, Anno 1540. Biblia rursus excudo, in quibus multa ex vetusto codice repono: veram lectionem Hebraicis codicibus congruentem ad margines notans, nomine codicis scripti adjecto. Sed hinc rursus novaeflammæ: impotenter bacchantur probi ipsi censores contra totum librum, in quo ne minimum quidem erat vel levi reprehensione dignum, quod carpare ipsi jure possent., licet atrocibus minis me terentes.

Interea quod illis essent suspectus de heresi (ut loquuntur) quoties domum meam scrutari sunt judices ipsorum impulsu, si qui forie. Libri suspecti possent reperiri? Collecto tandem animo, cum tempora illa paululum sedata esse videretur, non tantum Novi Testamenti Editionem, cum brevissimis annotationibus ad marginem, publici juris facio: verum etiam ut lectionum Hebraicarum, quas publice Rex Franciscus Valesius instituerat, fructus ad plures manaret, nec tantum ad nostræ nationis homines, sed etiam ad exterios: Ego magno labore, summis vigilijs, singulari attentionis animi, quæ ex Francisco Vatablo, homine literarum Hebraicarum peritisimo, professore Regio, exceperant auditores docti, colligo in unum volumen, adiecta nova Bibliorum translatione è regione veteris. Opus hoc Anno MD XLV. absolutum fuit. Quod statim doctissimus quibusque Synagogæ communico: rogo si quid videatur minus aptè collectum, de hoc admonear; me, si quid usquam peccatum sit, sarciturum pollicor. Remittunt: salva omnia esse ajunt; quod non sciam mali quid ex Vatabli lectionibus publice suboriturum crederent.

Interea à nonnullis minus improbis admoneor, ut mihi caveam: & prospiciam: rumorem maximum inter venerandi ordinis homines sparsum, me impresisse, sine permisso Facultatis, cui me subiici oportet, quantumvis impressor Regius esset: futurum, ut brevi persuadent, vel Curie, vel urbis Praefecto, ut venditio Bibliorum cum annotationibus mihi interdicatur: quadam illicesse, quæ non plastrarent ipsis. Ego ut principijs obstatrem, profectus in aulam regiam Francisci, admoneo Petrum Castellanum, tunc Matisonensem Episcopum, de Theologorum infidijs adversus me: addo, me libenter impressurum ad calcem

calcem, quicquid virij à Theologis deprehensum esset, adjecta censu-
ra: me non pudere: nec gravatim facturum, ut sic admonerentur lecto-
res, nec inculti impingerent in annotationem, qua Christum non resi-
peret. Plaguit consilium etiam Règi: qui mox Castellano imperavit,
ut suo nomine scriberet Theologis, ut perlegerent Biblia à suo impres-
sore excusa cum annotationibus, si quid esset, quod non placéret, seor-
sim annotarent: & judicij sui causam adscriberent singulis erratis,
omnia mihi tradiderent postea imprimenda, qua vel una cum singulis re-
liquis Biblijs, vel etiam seorsim renderem. Theologi verò, quorum
nutu religio Galliarum vel stare vel cadere videbatur, censuras suspen-
dunt a quo diutius: regis mandato neglecto & data opera contemptio.
Moritur interea Rex Franciscus, cui Henricus Filius succeſſit An-
no 1547. qui easdem censuras urget. Tandem Theologi Regi multis
verbis persuadent, ut Biblia à Typographo suo, quo vis heretico no-
centiore impressa supprimatur: Castellanus Règi persuader abeundum
mihi esse, natali q̄ solo migrandum.

Egresso autem è Galliae finibus Roberto Stephano, ecce
Theologi Parisienses, exhibent scretori Regis consilio, in
Prætorio Fontis bella quoq; articulos errorum, qui ex Bi-
blijs à Stephano diversis temporibus excusis, excerpti fue-
rint: quos postea typis regis in lucem emissos, Stephanus
solidissimis rationibus sigillatim confutavit: & Bibliorum
à se excusorum textum Hebraicæ veritati consentientem,
cum marginalibus appendicibus, annotationibus & indicia-
bus, adversus Parisiensium condemnationes gravissimè vin-
dicavit, libello Genevæ excuso Anno 1552. addito hoc Colo-
... phone: Quó licentia progesi sint isti ex Stygia palude ranunculi
... ad maledicendum Dèo vivo, ex meis defensionibus abundé perspi-
... cuum esse arbitror. Projiciant nunc ut libuerit, suas ampullas, &
... sua errorum, blasphemiarum, hereticon tonirua in caput meum vi-
... brando, sanæ pietatis doctrinæ insultent: Ego interea uno Pauli
... fulmine, quo rectâ feriuntur, contentus ero: Quis quis non diligit
... Dominum Iesum, sit anathema: Maranatha; Amen, amen.

D. 3.



VINDIC. BIBLIOR.

Ex hac prolixa Roberti Stephanii vindicatione constat, Gretserum cum Sorbonistis non aliam ob causam stomachatum fuisse in virum de Republica literaria optimè meritum, quamquod typis Regijs tot illustria Bibliorum opera, velut Evangelicæ veritatis cognoscendæ, adversus Pontificios errores & imposturas afferendæ, propagandæ & conservandæ organa, Christiano orbi communicarit, & tandem potius elegerit, cum Ecclesia Dei vera malis vexari, quam temporariam amplecti & retinere peccati fruitionem: majores arbitratus divitias exilium ob Christi gloriam, quam Passiorum thesauros.

Audi vero, Gretser, quantopere Thuanus, Pontifice religionis censors, lib. XXIII. historiarum sui temporis, integritatem honestissimi illius virtutis ex archivis Regijs commendet: Non multo post Ioachimi Peronij obitum, vivis exemptus est Robertus Stephanus, Parisiensis Typographus Regius: secundum Alandum Manutium Romanum, qui Venetijs; & Iohannem Frobenium, qui Basileæ eandem artem summa laude exercuerunt, clarissimus: quos illo longo spatio supergressus est, acri judicio, diligentia accurata & artis ipsius elegancia: cui ob id non solum Gallia, sed universus Christianus orbis plus debet, quam cuiquam fortissimorum belli ducum, ob propagatos fines, patria unquam debuit: majusq; ex ejus unius industria, quam ex tot præclarè bello & pace gestis, ad Franciscum decus, & nunquam interitura gloria redundavit. sed migrante ad Deum, optimo non solum Principe, sed literarum auctore ac parente eximio, indigna benè merito de patria, cui tot editi Hebraicis, Gracis & Latinis libris gratia repensa est à Theologorum nostrorum collegio, qui hominem Reipub. in vigilantem, & quasvis aquas conditiones accipere se paratum demonstrantem, non desierunt laceſſere, donec ille vexationum injustarum persasus, ex necessitate consilium cepit, & reliqua patria Germaniam ad extreum se contulit: ubi tanta prudentia publicam simul & privatam rem curavit, ut quamvis tot adversitatibus conflectatus et incommodatibus, qua solum vertentibus necessario perferenda sunt

funt, tamen in opere assiduus ad ultimum vita spiritum, laudabile re litteraria adjuvanda propositum, constanter tenerit. Ac tandem cum LVI. annum vita ageret, septimo Eid. Octobris fatis concessis, foris gloria dives, & domi liberis, qui Geneva manerent, relicta opulenta suppellectile: hanc enim legem ingratæ patriæ pertinens, non tam ejus odio, quam justæ, us putabat, ultioris ratione in testamento dixit.

Quæ denique, Gretsero, de authorum bonorum, Papistis suspectorum, indice expurgatorio, synodi Tridentine bortatu, cinnato, & postmodum publicato, subjungit: ijs ipsis, te, & quotquot Romanæ sedi addicti sunt, doctores, nefarij criminis falsi, reos coarguis & constituis, Annon fraudulenta Propriismi propagandi machina ista fuerit, quâ in bonorum authorum sacrorum & profanorum monumentis adulteratis, castrandis, detruncandis, ut vestri judicij calcule conformia fiant, insolenter utimini: quâ non modô nostratum Orthodoxorum libros, notarum criticarum telis venenatis configitis, instar Pharaonicorum ministrorum, qui nascentes Israëlitarum scetus, inter genua sua comprimere & contrucidare conati fuerunt, ut fertilior seges populi Dei procuraretur: verum etiam Orthodoxorum Patrum manes sanctos, eodem gladio ferire & divexare non erubescitis; averruncantes ex ipsorum monumentis, quæcunque superstitioni & idololatriæ vestre adversari videntur. Ejus facinoris indicium omni contradictione majus, index expurgatorius, librorum vestro calculo castratorum, diplomate Regis Hispaniarum communitus, & in lucem editus, omnium oculis obversatur: vos ipsos inquam convincens, nefariæ fraudis, quâ in Deum, in Scripturam Sacram, in Ecclesiam, in Patres & quosvis bonos authores graviter peccatis: quæ tyrannis est Patris mendaciorum: potestas tenebrarum: hoc minum impiorum perfidia: in vestrae religionis ignominiam perpetuam, præter consilium vestrum, divinitus recordanda.

VINDIC. ANTIQVITAT.

CAPVT. V.

Confutatio nugarum Historica-
rum, quibus Gretserus ANTIQVITATI
inclytæ Civitatis Tigurinæ, proca-
citer illusit.

GVám livido & maligno animo, admonitionem tuam, Gretsero, de Bibliorum translatione Tigurina, vix in manus sumperis, nedum contexueris, facile conjectare potui ex præfationis tua limine. Non enim Tiguri & Tigurinorum mentionem facere, tibi visum est, pruisquam Tigurinæ ANTIQVITATIS existimationem atq; gloriam, quâ ex multis seculis apud vetustissimos historiarum conditores, indubitate polluit, imprudenti ac perperam informato judicio Iacobi Spigelij, in dubium quoddam vocares & obsevares.

Quid enim aliud sibi völunt tua ista verba? Cogitabam non procul ab Alpibus Tigurum & Tigurinum lacum esse, Aventino in Annalibus nomenclatore & indice; non tantum in Helvetia. Quanquam ijs, qui hac aerae in Helvetia Tigurinos, & Tigurinorum Iulij Cæsaris posteros se vocant; & nomen, & hanc tantâ vetustatē viri docti abjudicant. Ex quorum numero Iacobus Spigelius ad versum illum Ligurini: Nobile Turregum insedit: qui putant, inquit, Turregum olim dictum esse Tigurum, falluntur: siquidem pagi Tigurini, cuius es mentio apud Cæarem, sunt Vranientes. Es autem Turregum novum oppidum, cui fluvius Turga, ut & ipsi regioni Turga via, nomen indidit.

Tu vero, Gretsero, captiosa verborum caliginosi istius Spigelij commemoratione, ansam mihi præbes, de illustri Tigurinorum vetustate, ex Chronicis Helvetiorum fide dignissimis,

gnissimis, paulo plenius planiusq; differendi: ut non tantum
præclaræ Patriæ meæ existimatio, à grato cive adversus ma-
lignorum obrectationem, solidè vindicetur: verūmetiam
æquo lectori pateat, quot & quanta divina providentia do-
cumenta, in protegenda & conservanda illâ civitate, adver-
sus Saranae mundi & Antichristi insidias machinasq; ab ali-
quot seculis eluxerint: ut tandem extremis his temporibus,
restauratæ luci Evangelicæ, & Ecclesiæ Christianæ, hospiti-
um præbere posset.

TIGVRVM & Salodorum vetustissimas Helvetiorum
urbes esse, tradunt annales multorum seculorum fide com-
probati. Tigurum enim, seu, ut antiquitus appellabatur
Thuricum sive Turregum, annis sedecim post Trevirorum
urbem, à Thurico Arelatensis seu Gallorum Narbonen-
sium Rege, qui castrum illud in Celsiore ad Līmagum præ-
terlabentem colle extruxerat, conditum fuit. Trebetum
verò filium Nini (qui per Semiramidem regno pulsus, & in
has regiones delatus fuerat) Abrahāi temporibus Trevi-
tos condidisse, Marianus Scotus Monachus Fuldanus circa
An.D.N.1060, memorie prodiit: unde Trevirorum, Thuri-
censium & Salodorensium civitates sorores cognominatae
fuerunt.

Tigurinos in primarijs Helvetiorum gentibus numera-
tos à vetustis fuisse, quem nisi historiarum ignarum fu-
git: Isidem verò annumerati quondam fuerant Turgavij, Gla-
ronenses, Tugini, Suitenses item & Taurisci seu Vranij: ihsa-
demq; societate quadam auxiliari conjuncti fuerant Verbita-
genæ, Aventicanæ & Antuatæ: populi omnes Celto-Galli,
liberae Reipublicæ consortes, communis & vetustissimo Hel-
vetiorum nomine nuncupati.

Variam verò Tigurinorum sortem & statum, pro dispa-
rit temporum ratione fuisse, certum est. Postquam enim Cim-
bri, ex Dania, Holsatia, Scelandia, Frisia, & ex vicinis Ocea-

VINDIC. ANTIQUITAT.

ni Germanici oris, annis suprā centum, ante incarnationem Salvatoris nostri, vel horribili inundatione maris; vel fame & inediā excitati, relicta sedibus finibusq; suis, innumerā multitudine, in superiores Alemannorum regiones, intra Neccarum, Rhenum, Moenum & alpes Austrinas, sitas, comigrassent, & sese Helvetijs magis magisq; conjunxissent: factum est, ut Tigurini ex illo tempore varios fortunæ casus & disserimina rerum, primum sub Romanis: deinde sub Alemannis: tertio sub Gallis & Francis; & denique sub Imperio ad Germanos translato, sustinuerint.

Cimbri enim, quā erant animorum ferocitate, non cesarant Helvetios ad societatem belli adversus Romanos in eundi solicitare, donec & ipsi sedibus finibusq; patrijs, cetero angustioribus, inter Rhodanum & Rhenum sitis, posthabitas, ampliores, multitudine incolarum, gloriā item fortitudinis atque belli digniores, in Gallijs quærere & occupare, duce Orgetorige, omnibus viribusq; conarentur.

Quō spectat Historia bellorum, ancipiit fortunā inter Tigurinos & Romanorum legiones gestorū; quibus Tigurini primum Lucium Cassium Consulem Romanum, cum duobus legatis, Calphurnio Pisone, & Q. Publio Pisone, in finibus Allobrogum conciderunt, partesq; Romanorum residuas sub jugum miserunt: deinde verō Tigurini à Cajo Mario Aquinate Consule Romano, ad aquas Sextias in Gallia Narbonensi, oecisi: denique à Cajo Julio Cæsare, cui bellorum pro Gallicis provincijs adversus Helvetios administratio à Senatu Romano demandata fuerat, tot prælijs attriti, & ad intercessionem ferē deleti, ut Tigurinis bellorum superstibus, pacem precariō consequutis, relicta sedes recuperare, incensas urbes pagosq; instaurare, agros denique ad hominum & armentorum nutritionem, recolere liceret.

Arqui C. Iulius Cæsar lib. i. de Bello Gallico, Helvetiorum sui temporis fines limitesq; hunc ferē in modum determinavit:

mfravit; quod undiq; loci naturâ contenti tui esse potuerint: unâ ex parte (ad Orientem & Septentrionem) flumine Reno latissimo atq; altissimo, qui agrum Helvetium à Germanis dividideret; alterâ ex parte monte Iura (qui & Iurassus, versus occidentem) altissimo inter Sequanos & Helvetios exsurgente: terciâ verò parte (versus meridiem) lacu Lemanno (Genevensi) & fluvio Rhodano, qui provinciam Romanorum (Galliam Narbonensem) ab Helsvetiis sejunxerit: nullâ mentione factâ quarti limitis: versus orientem, montis Adulae: cuius accolæ sunt Lepontij Grysones, Rhæti. Et his ipsis finibus tam præcisè à Cæsare designatis, Helvetia hodie adhuc quasi circumvallata est, licet quorundam oppidorum & vicorum locis nominibusq; post modum mutatis: jurisdictionis quoque Helveticæ pomarijs, divinâ benedictione, etiam extra limites illos undique dilatatis & adactis.

Omnis verò civitas (id est, Respublica seu sociorum com munio) Helvetiorum, Cæsar in quatuor pagos divisafuit: quorum primarius & celeberrimus erat TIGVRINVS: cæteri verò, ut Aegidio Tschudio videtur, Verbigenus seu Argovianus, Aventicus & Antuaticus: qui hodiernam quoq; Helvetiam ὡς εἰ κύρλω complectuntur.

Tigurino pago accensi olim fuerant, testantibus Helvetiorum annalibus, Turgavij, Abbatiscellani ad lacum usq; Acronium seu Brigantinum: Tuginitem, Suitenses, Vriani & Glaronenses: ejusdemq; Pagi oppida, juxta Strabonem, & Antoninum in itinerario sub Constantino, juxta c. plomata quoq; Caroli M. Et Henr. 4. Imp. antiquis celebriora fuere octo: Graconodurum, (postea Constantiæ, à Constantino Chloro, Constantini Magni Patre, circa Annū Dn. 300. nomen adeptum) Thuricum, Arbor Felix, Ad Fines Turgæ: Forum Tiberij: Sedes Cæsaris; Tuginum, & Vitodurum.

Imperatoribus verò Diocletiano & Maximiano, sævis-

VINDIC. ANTIQUITAT.

simam in Christianos persequitionem, circa Annum Dn. CCXC. excitantibus, militum strenuorum Legio Thebana, Christianam fidem professa, ex Aegypto ad cohercendos Gallorum & finitimarum motus, evocata fuit; quæ primum ad Veragros, Sedunenses, Antuates & Allobroges Helvetiorum vicinos, duce Mauritio, deducta: deinde verò ob re-cusatam Deorum Gentilium qualemcunq; venerationem, fraude præsidum Romanorum Christianæ fidei infensorum, in varias gentes, Burgundos, Sequanos, Belgas distracta; & denique adversis pralijs sparsim ad internectionem feré extincta fuit. Illius legionis Christianæ superstites, numero pauculi, ex quibus nominatim S. Felix & S. Regula, superato monte Furca, ad Vrianos Helvetios: inde ad Glaronenses: deniq; ad Thuricenses delati, Christum Iesum unigenitum Dei Filium, Salvatorem Mundi unicum confessi, Decio castri & agri Thuricensis præfecto, dirissima quæque ipsis frustra minitante & inferente, supplicio capitis tandem affecti, prima pietatis Christianæ semina & fundamenta, in ipso Cæsareano pago Tigurino, ad ripam Limagi fluminis, circa Annum Dn. 294. jecerunt.

Postquam verò Helvetij jugum illud Romanorum ty-
rannorum diutissimè sustinuerint, & servitutis ignominio-
sa jam pertæsi essent: socios sibi adseiverunt Alemanno-
(quasi omnium gentium viros dixeris) id est, diversas illas
gentes Gallorum, Germanorum, Sequanorum, Burgundio-
rum, Vindelicorum, Suevorum, trans Rhenum & Necea-
rum habitantium, Romanorum manu æquo gravius pres-
forum: qui conjunctis viribus legiones Romanas è finibus
suis ejectas, trans alpes propulsarunt; & sedes suas in pristi-
nam Reipub. libertatē denuō vindicaverunt. Quā societate
initā, tanta gentium illarum commixtio facta fuerat, ut Ti-
gurini Alemanni; hi vicissim Helvetijs accenserentur. Un-
de pagus Tigurinus cum Turgavia, Suevia, Rhætia, Ale-
mannie.

mannico Ducatui in vetustis quibusdam diplomatisbus, an numeratur. Qua ratione quoque Felix Hemmerlinus, qui in Helvetijs circa An. 1440. clariuit, judicavit: *Castrum nostrum Thuri-
cum inde Turregum; quasi Duragum nuncupatum fuisse, quod duo-
rum sum temporis regnorum: Gallici illius seu Burgundici Argovia-
ni: & alterius Alemanni trans Rhenum prostrati, quasi locum inter-
medium, fluvio Limo interlabente, obtinuerit. Nauclero etiam
videtur Generat.* 43. Tigurum in Suevia situm esse: & eandem
ob causam Hercinia Alemannorum sylva, trans Rhenum sita, Es-
remus Helvetiorum dicta fuit. Quid nō igitur Gressero Jesuitar,
historiarum Helveticarum censori argutissimo, Aventini
Annalibus gaudenti, placaret: *Tigurum quoq. extra Helvetiam
in Bavaria situm esse?* Prō mirandam regionum mildas aciv-
rūs ueloxiuō.

Alemannorum verō copijs viribusq. nimium accrescen-
tibus, Tigurini cum socijs Helvetijs paulatim pristino
Francorum seu Gallorum imperio sese denuō submiserunt;
eidemq. tot fidelitatis officia, domi militareq. praestiterunt,
ut à Regibus Francorum amplissimis privilegijs, immuni-
tatisbus, sacerorum bonorum redditibus amplissimis, alijsque
muneribus magnificentissime fuerint condecorati: ut infrā
pleniū recensebimus.

Progressu autem temporis, stirpe & potentia posterō-
rum Caroli Magni, Regum Francicorum, paulatim decre-
scente: contrā verō Hungaros tartaro stridore, & inauditā
crudelitate (juxta Albert. Kranzum lib. 3. cap. 8.) Aleman-
niae prævalentibus, Imperij Romani dignitas à Gallis ad
Germanos, Conrado primo, Hassia Principe, Augusto Im-
peratore creata, circa Annum Dn. MCCCCXX, translata
fuit: quo tempore Tigurini cum socijs Helvetijs, à Ducatu
Alemanniae, qui tum duobus fratribus, Berchtoldo & Er-
chingero, Gallia Regis Ludovici 3. feudatarij parébat, se-
gregati, Imperio Romano volentes lubentes restituti, & lie-

V I N D I C . A N T I Q V I T A T .

bertate Rēpublicā longē ampliore donati fuerant. Ex quo tempore Tigurini animorum integrātē & constantiam, Romanis Imperatorib⁹, inter gravissimos & cruentissimos bellorum motus, tot cōprobaverunt documentis, ut Augusti Imperatores, eandem Tigurinorum fidem, remuneratione magnificorum privilegiorum; donationibus monasteriorum, basilicarum, cōnobiorum, &c. dignissimam judicārint.

Habes, Gretsero, brevissimam ἱστορίαν rerum membrabilium, quæ circa ortum & progressum civitatis Tigurinæ, in Helvetijs antiquissimæ, evenerunt, integrā fide de promptam non modō ex recentioribus, Glareano, Tschudio, Vadiano, Bullingerio, Stumphio, Simlero, immortalibus Helvetiæ ornamentiſ: verū etiam ex vetustissimis rerum Romanarum historicis. Iulio Cæſare, Lucio Floro, Paulino Orosio: unde liquidissimè patet, civitatem & ditionem Tigurinam cum finitima província Turgavę, illum ipsum pagum Tigurinum esse antiquissimum, à Iulio Cæſare, Romanorum Imperatore victoriosissimo, ante sedecim centurias annorum, tantopere celebratum.

Quod ipsum & votis ἱλιουον invariatum: loci situs amoenissimus, commodissimus: lueulenta item diplomata & monumenta donationum: vestigia deniq; vetustissimorum castrorum, cumulatiū confirmant.

Sive enim ἱλιουον vocis antiquissimæ, ex Galliæ lingua: sive ex Latinæ usu, incolis loci ſepiū novatis, in Germaniam deflexerit: (quod & Aventio Verbigenum metropoli: & Vindonisse, & Augustæ Rauracorum, pari ratione acciderat) eadem tamen significatio perpetuo remansit: sive enim Turregum, sive Thuricum, sive Tigurum, sive pagum Tigurinum appellaveris: eandem Etymologiam referes: sive THVRICH sive TIGVRICH: sive TZVRICH dixeris: nec mirum, metropolin Tigurinorū ab incolis postmodum Tigurum

Tigurum nuncupatam fuisse; sicut Parisiorum Lutetiae à
Parisijs populis, Metensi civitati à Mediomaticibus indi-
genis acciderat.

Et quis de Civitatis Tiguriñæ augustâ vetustate dubia-
taverit, cui loci illius situs unquam perspectus fuit? Illacē-
nīm itineraterra lacūç spatioſſima, ex Rauracis & Sequa-
nis ad Leopontios: & porrō in Italiam profecturis, equiti-
bus, peditibus: mercibus item importandis: iisdemq; ex Rhe-
tia ad Rauracos reducendis ac reportandis, non tam arte,
quām naturā, patent: ut omni exceptione majus sit argumen-
tum, illa ipsa itinera antiquissimis Romanis, exercitus suos
ex Italia in Galliam deducentibus, tritissimā fuisse. Quis
item loci ejusdem amoenitatem cum fertilitate frugum, fru-
mentorum, vini, pascuorum, & aliorum ad vitæ humanæ
voluptatem conduceantur fructuum conjunctam: cœru-
leum item tractum lacus suprà oppidum patuli: non limosi,
sed limpidissimi, piscibus saluberrimis seatentis, & sese in
oppidi fauicibus effundentis: urbem medium intersecantis:
intersectam duobus pontibus sublicijs connectentis: admiri-
ratus, non fatebitur lubens, hanc ipsam sedem antiquissimis
Tigurinis dignam fuisse?

Quo facit illud Florenici, in historia Felicis & Regu-
læ: *Eft locus insignis, in fine eiusdem lacus, ubi antiquissimum ca-*
strum, quod Turregum vocamus, existit, de quo etiam idem lacus co-
gnomen suum trahit.

Non dicam de vetustissimorum castrorum vestigijs, que
ab incolis proximorum pagorum demonstrantur ad oculum: Saxa item, quibus Romanæ literæ incisa sunt, que pru-
dentibus facile persuadent, priscos Romanos in his ipsis fi-
nibus, stativa sua quondam locasse.

Verum ne quis hæc monumenta murorum Tigurinijs
cum alijs gentibus communissima esse prætendat: præ-
stò sunt insuper longè augustinora documenta litera-

VINDIC. ANTIQUITAT.

ria; diplomata & commentaria donationum antiquissimorum, à Ruperto Alemanniæ Duee, Anno DCXC. à Regibus item Gallo Francis: Carolo M. An. DCCLXXX. Ludovico Germanico An. DCCXXXVII. A Carolo Crasso Anno DCCCLXXXIII. A VVernhero Comite Bâdensi Anno MCLIII. A Berchtoldo Duce Zeeringensi, An. MCXCI. Ab Imperatoribus item Augustis: Henrico 4. An. MLVII. Henrico 5. An. MCXVIII. Lothario An. MCXXX. Friderico Barbarossa An. MCL. Friderico 2. An. MCCXVIII. VVILHELMO An. MCCLV. Richardo An. MCCLXII. Rodolpho Habsburgensi An. MCCLXXVII. Alberto primo An. MCCC. Carolo quarto An. MCCLXII. Venceslao An. MCCLXXXIII. Ruperto Palatino An. MCCCCI. Sigismundo An. MCCCCV. Alberto A. MCCCCXXXIX. &c. factarum, inquam, donationum monumenta & diplomas, quæ hanc ipsam urbem ad Limagi ripam conditam, „ Castrum Thuricense, in pago Zürichgavensi situm: & „ Castrum Thuricinum, Sepulchrum martyrum Thuricensium, S. Felicis & S. Regulæ: Turrem Regum Romanorum: eorundemq; Regale Palatum, Imperialium legum & antiquæ Imperialis Majestatis conservationem: diser- „ tē nuncupant.

Cumq; Conradus, Suevia Dux, sonatus fuisset privilegia ab avo suo Friderico 2. Imperatore, civitati Thuricensi donata, ad Ducatum Suevia transferre, Richardus Imperator, Regis Angliae frater, Anno MCCLXII. privilegia imperialia civitatis vetustissimæ, publico diplomate communivit. Richardus, Dei gratia Romanorum Rex, &c. universis Romanis Imperij fidelibus, &c. Sanè fidieli relatione peruenit ad nostra Serenissatis auditum, quid Conradinus, olim Conradi Regis filius, qui se Ducem Suevia nominat, eā non contentus injuria, quod in vanum gloriam sibi alienam usurpat; & insuper in cives nostros Thuricenses, in nostro & Imperij gremio speciali collocatos: nec ad Ducatum eundem; sed

Sed ad imperium, prout stabilivit antiquitas, & modernitas approbavit, immediatè spectantes, tanquam subeßent memorato Ducatui, proscriptionis de Facto, cùm nullo penitus jure posset, Sententiam promulgavit: Nos ad cauēlam eisdem civibus, ne aliquid in simplicium oculis saltem eos infamie nubilum decoloret, proscriptionis sententiam prædictam, utpote omni robore vacuam, autoritate regiæ & plenitudo potestatis nostræ, denunciamus omnino carere viribus, & discernimus esse nulla. Data Hagenoæ 20. Novembr. Indict. 6. Anno 1262. Regni nostri Anno sexto. Otho Frisingensis, Imperatoris Friderici Barbarossa Patruus, lib. i. cap. 8. recensens res gestas Friderici primi, licet Helvetiæ & Sueviæ regiones confundat, respectu seculi proximè antegressi, quo Alemanni & Helvetiæ, auxiliari quādam societate, quasi in unam gentem coaluerant, fluviumq; Limagum à Lemanno minus acerratè distinguat: Turrego tamen oppido hoc illustre tribuit Encomium: *Hoc oppidum Sueviæ nobilissimum, in faucibus montium, versus Italianam, ad lacum, unde Lemannus (verius Limagus) fluvius fluit, sicut, Imperatorum seu Regum olim Colonia fuit: tantæ juxta majorum nostrorum traditionem auctoritatib; ut Mediolanensis, si quando ab Imperatore ad Transalpina vocarentur judicia, ibi discindi vel judicari de jure deberent. Vnde ex eiusdem tam in rebus, quām honoribus abundantia, in ipsis portâ scriptum dicitur: Nobile Turregum multarum copia rerum. Nam VVernherus comes Badensis, Otthonis σύγχρονος, cui Turregi situs longè certius fuerat exploratus, sub finem sui diplomatici, quo Ecclesiæ Tigurinæ Abbatissanæ luculentos bonorum redditus, & preclaras immunitates donaverat, disertè testatur: Turregum ad Limagum fluentem, imperialis illius palati locum esse. Circa Annum Dn. 1153.*

Cujus augusti & Imperialis palati vestigia atq; monumenta videntur adhuc hodié, in areâ illâ celsâ proceris tilijs consitâ, ex minore oppido Tigurino juxta Limagum eminente, ubi hodie areu, luctâ, disco, cursu &c. certatur.

F

VINDIC. ANTIQUITAT.

Sed opponis, Gretsere, Iacobi Spigelij Scholia, in versus Guntheri Monachi Eluonensis, Benedictini, de rebus gestis Imperatoris Cæsaris Friderici scriptos, quæ diversum de Tigurinis cōmemorent. Qualia verò illa: Revera à ratione, ridicula, absurdā, à fide veterorum annalium aliena: Primum, quod falli dicit, quotquot Turregum olim dictum esse Tigurum, parent. Næ falluntur: & fallitur equidē bonus ille Guntheri Scholastes, Spigelius, oculis seabris speculum commentariorum Helveticorum intuitus. Quis enim unquam, nisi imprudenter, dixerit, hodiernam pagi Tigurini metropolim, olim denominatā fuisse Tigurum: Kal. Iun. epov
et repov: verū versatā vice affero, civitatem nostram, Tigurum hodie appellaram, voce cum Cæsareana phrasī magis congruente, olim Turregum & Thuricum nuncupatam fuisse: & suprā tibi planius demonstravi, non semel hoc factum, ut regionis alicujus metropolis, sortita sit nomen suum ab incolis: ut Parisia, seu Parisorū Lutetia. à Parisijs populis: sic Tigurum à Tigurinorum pago seu territorio.

Alterum Spigelij effatum non minus absolum est: Siquidem pagi Tigurini, cuius est mentio apud Cæsarem, sunt Vranenses: à μητρόλως dictum: vel enim Vranenses Helvetij sunt & fuerunt concives pagi nostri Tigurini, à Cæsare propter virtutem bellicam celebrati: hoc ut annalium veritati consentaneum amplector: vel Vranensium regio totus est pagus ille Tigurinorum Cæsareanus, ita ut ab Vranensium pago, nobis moderni Tigurini originem suam trahant: hoc ut à ratione, à fide historiæ alienum & ridiculum respuo. Nec verò me latet Spigelij sententiam cum Rhenano & Munstero consentire: veterum Tigurinorum sedem ibi fuisse, ubi hodie Vranenses habitent: & pagum illum v. R. I. mutilatā voce Tiguri ob id nominari, &c. Atqui & fallunt & falluntur, qui Etymologiam vocum quarumlibet venantur, præser-tim in vocabulis longo usu antiquatis, & conjunctis cum re-

rum

rum hominumq; mutationib. Deinde omnes illi, quib; situs Vraniæ regionis cognitus est, testantur, ejus loci oram certissimum esse documentum, tam populosam nationem, quam Tigurinorum ante & post Iulium Cæsarem fuisse, ex rerum gestarum circumstantia apparet, nunquam isthie habitasse. Cūm enim Cæsar disertè memoret, Lucium Cassium, Consulem Romanum, patrum suorum memoriam, à Tigurinis oculis, & ejus exercitum sub jugum Tigurinorum missum fuisse, non contemnendam hominum manum fuisse oportet, quæ tam insignem consulari exercitui calamitatem atque cladem inferret.

Quibus accedit, quod cūm Cæsar Helvetios devictos domum à se remissos, propter agri bonitatem commemorat: Strabo lib. 7. eosdem in campis tribus (non montanis) locis habitasse narrat. Atqui Vrianaregio & montosa est, & præter boum pascua, nec frumentum nec vinum fert: quis ergo eō adducetur, ut credat illustrem Helvetiorum pagum Tigurinum, in tam angusto steriliq; tractu egisse?

Tertium verò Spigelij documentum, ridiculâ suâ levitate & errore, præcedentibus non inferius est: Turregum novum esse oppidum: cui fluvius Turga, ut & ipsi regioni Turgavie, nomen indidit. Pröh virum & regionum & rerum Helveticarum ὑπερφυῖς gnarum! Quis mortalium unquam audijt vel vidit oppidum aliquod in universa Helvetiorum provinciâ Turgavæ, Turregi nomine insignitum: sive vetustum sive novum & recentius sit? Turgavæus Comitatus ab Austracis translatus est ad antiquiores Helveticî fœderis socios: non tam jure belli, quod occasione Concilij Constantiensis suscepérant: quám pacto pacis inter fœdus Suevicum & Helvetios, Maximiliani primi Imperatoris tempore, initæ: ab exili fluvio Durâ, medium ferē agrum interlabente, nomen sortitus Turgavie: ad confines territorij Tigurini immedia- tē situs: unde ab antiquis Tigurino pago Cæsareano, unā

VINDIC. ANTIQVITAT.

cum Sanctogallensibus, Abbatiscellanis, & civitate Gra-
vonoduro postea Constantiā appellato; accensus fuit.

Et licet Ruperti Ducis Alemanniæ tempore, quo Hel-
vetij cum Alemanniis societate quadam auxiliari, quasi con-
fusi fuerant, errore vulgi arbitrio Turregum Turgavien-
si pago annumeratum fuerit, quod Beatus Rhenanus unius
antiqui diplomatis testimonio adstruere conatur: constat
tamen Turgavensis pagi nomen Cæsari & priscis Scripto-
ribus ignotum fuisse: & dolum committere, quotquot pro
Rauracis Rheni accolis jam pridem celeberrimis, Tauriacos
seu Turgæos in Cæsaris Commentarijs legere malunt: non
dicam quod suprà monui ex antiquissimorum annalium
Commentarijs, Turgavæam regionem, pago & territorio
Tigurino, intra Rhenum, Arolam & alpes Austrinas limita-
to, societatis jure quondam aceensam fuisse.

Recensui tibi, Gretsere, bonâ et candidâ Helveticâ fidei,
augustum Civitatis Tigurinæ Vetustatem & claritatem: tot
monumentis & commentarijs annalium atque historiarum:
tot diplomatibus & instrumentis Imperatorum, Regum,
Principum, omni exceptione majoribus, communitatam: à
nullo antiquitatum perito hactenus in dubium vocatam.
Vnde firmissime colligo, nostros Tigurinos hodiernos ve-
ré se vocitare posse Iulij Cæsaris posteros: ideoq; nomen
ipsum & vetustatem à nullo viro bono & docto, ratione fir-
ma Helvetijs Tigurinis abjudicari posse.

Brevitatis tamen studio omisi, quod in meritissimam anti-
quæ hujus Civitatis laudem, jure dici posset: quot crue-
tissimorum motuum, periculorum, proditorum, bellorum,
obsidionum: proscriptionum item & excommunicationum
Pontificiarum iniquissimarum, discrimina continua, qua-
ternorum seculorum proximorum intervallo sustinuerit:
quot peculiaria divinae benedictionis & protectionis docu-
menta interea fuerit experta: donec Deus opt. Max. novis-
simis:

simis diebus; illam ipsam omnium augustissimo benefacto
condecoraverat, ut luce veritatis Evangelicæ renascentis
perfusa, è Babylone occidentali mysticâ egressa; ab Anti-
christiana animæ & corporis servitute erupta, & velut civi-
tas suprā montem posita, universo orbi Christiano conspi-
cua & gloriofa redderetur. Quorū item Ecclesijs & reformatis
reformandis, Pastores fidos sāpenumero subministrārit:
Quot Christi exilibus hospitium præbuerit benignissime
quot Ecclesijs Sinonio adversariorum artificio turbatis, fi-
deli admonitione, consilijs salutaribus, & exemplo invictæ
in sancta Confessione perseverantia, magnopere profue-
rit: quot Ecclesiarum ministros beneficentia sua & aluerit,
atq[ue] etiam num alat adjuvetq[ue] in finitimis quibusdam regio-
nibus, in quibus alioquin vel desertæ jacerent Ecclesia sine
Pastoribus, vel lupi grassarentur in oviculas Christi: ut
præ multis illustribus civitatibus, hanc ingenti gloria urbs
Tigurina; ut antiquissima, sic vivipara; causa inter Helveti-
cas n[on] p[ro]p[ter]ea, metropoleos instar, iure obtinens, ineffabili
Dei opt. Max. beneficio, emineat & excellat.

Conticesce igitur, Gretere Iesuita, & posthae parce tam
illustri Civitati & Reipub. cuius humanitatem & benevo-
lentiam hospitalem, tui quoq[ue] peregrinatores Bojarij, cu-
juscunq[ue] status & ordinis homines, ad statuam Dex Tute-
laris in Eremo Helvetiorum prostitutam, vota soluturi, hac
transeuntes, verbis factisq[ue] abunde experiuntur atque ad-
mirantur, Conticesce inquam, ne tibi idem aliquando ob-
tingat, quod Fr. Comandro cuidam, rerum Helveticarum
indagatori nupero, delicatulo, nasutulo noviter evenisse
fertur: is enim ad Cantonem inter Pontificios Helvetios
non obscurum, profectus, honorarij alicujus pro studijs la-
boribusque Historicis adipiscendi gratia, à masculis ejus lo-
ci incolis, in Publicum fontem, magno spectantium risu, pro-
iectus, lepidissimum ap[er]tior reportavit.

VINDIC. BIBLIOR.†

C A P V T . VI.

Vindicatio H. Zuinglii, & Refor-
matorum Ecclesiæ Tigurinæ, á criminibus
Apostasiæ, Hæreleon, &c.

VIsum verò est, Gretere, hoc loco contrahere plau-
strum convitiorum fœdissimorum, que sparsim per
universam tuam Admonitionem virulentam, in-
star fellis, in viros de Ecclesia Christi optimè meritos, evo-
misi. Quorum primus nobis erit Huldricus Zuinglius,
eiusq[ue] in Reformationis negotio collegæ ~~et apasatæ~~, quos
toties iterata voce APOSTATAS criminaris.

i. Ego verò nondum video, qua veritatis conscientia, eos
tam odioso Apostatarum nomine traducas, ut qui non á ve-
ra & electa Christi Ecclesia, fundamento Prophetarum &
Apostolorum (extra quod nullum aliud ad salutem colloca-
ri potest Eph. 2.1.) Cor. 3. superstructa recesserunt; sed á sola
Pontificia, Antichristiana, ex Scripturis tot superstitionum,
errorum, hæreleon & idololatricorum cultuum evidenter
convicta & condemnata; in qua, inquam, nulla prorsus ve-
stigia veræ Apostolicæ Ecclesiæ, sive doctrinam, sive ordi-
nationem ministrorum, sive ritus, & universum Ecclesiæ re-
gimen species, apparent.

Et quis, nisi furijs deploratae conscientiae agitatus, Apo-
stasiæ condemnabit illos, qui, quod plurimum omnium offi-
cium est, á crudelium hostium & Evangelij persecutorum
turba, ad ingenuos Christi confessores transmigrarunt: qui
cum Lotho ex Sodoma & Gomorrha egressi: cum Abraha-
mo ex urbe Chaldeorum: cum Moze ex Aegypto: cum Da-
niel ex caverna Leonum: cum Ezra & Nehemia ex Baby-
lone:

lone: qui ab idolis mutis ad templum Dei viventis: à tenebris ad lucis communionem: à Belialē ad Christum transi- verunt, expresso Dei mandato excitati, ut egrederentur ē medio istorum & separarentur, impuras superstitiones non tangerent: 2. Cor. 6. 17. ut idola fugerent: 1. Ioh. 5. ut egrē- rentur ex Babylone, cum quā Reges terrae scortati erant, ne particeps fierent peccatorum ejus, & ex plagis ejus accipe- rent, Apoc. 18. 4.

II. Deinde Zuingliū & collegas, ut avitæ fidei avversores, maligna lingua calamoqp insectaris. Ego vero ē contra- rīo eosdem avitæ, id est, veræ & antiquæ fidei instaurato- res suisse assero. Non enim novam, id est, à canone divinæ Scripturæ antiquissimo alienam invexerunt doctrinam, sed formam faciemqp primævæ illius Ecclesiae, quod dogma- tum puritatem, rituumqp simplicitatem, abolitis, quæ injuria temporum, juxta Pontificum temeraria decreta, successi- vè irreperserant, superstitionibus & idololatrijs, puram atqp integrā restituerunt.

Conferantur Confessionis Helveticae dogmata, cum doctrina primitivæ Ecclesiæ Apostolicae: videbis, nisi vivo- re & felle præoccupatus, magis cor in oculis, quam in corde habeas, puræ illius Antiquitatis expolitissimam apud nos re- luceat faciem: ē contrario horrendam μεταμόρφωσιν do- gmatum, rituum, morum, inter Romanos Papistas exora- tam esse.

Canitem dogmatum divinorum merito veneramur: Canitem verō & antiquitatem fidei Ecclesiæqp Catholiceæ eam demum agnoscimus & credimus, quæ supra omnes æta- tes, ad ipsum Christum usqp transcendit: & quæ Canoniceis li- bris utriusqp Testamenti absolutissimè est comprehensa. Quenam Ecclesia & doctrina, vel Augustino, vel Ambro- sio antiqua fuit? Utique quæ ab Apostolorum ætate profecta est. Quid Tertullian, lib. de præscript, adversus Hæreticos?

VINDIC. BIBLIOR.

Id prius, quod verius: id verius, quod ab initio: hoc ab initio, quod ab Apostolis: hoc ab Apostolis, quod a Christo. Idem Tertul. lib. de veland. virginib. Veritati nemo praescribere potest, non spatiu[m] temporum, non patrocinia personarum, non privilegia regionum. Ex his enim consuetudo initium ab aliquo ignorantiâ vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur, & ita adversus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Iesus Christus, veritatem se, non consuetudinem cognominavit. Sic semper Christus est prior omnibus: veritas antiqua & sempiterna res est. Viderint ergo, quibus novum est, quod Christo vocis est. Hæresis non tam novitas, quam veritas re-vincit. Quodcumq[ue] adversus veritatem sapit, hoc erit hæresis: etiam veritus consuetudo.

Demonstrâ, si possis, Grefsere, ex divinis literis, hæc Pontificia dogmata in Ecclesia Christi verè avita esse: de Scripturæ canonicae authoritate, quoad nos, humana: de imperfectione ejusdem verbo non scripto complendâ, de obscuritate ejusdem, cœulitis & hæreseon materia & matrice: de Traditionibus Ecclesiasticis pari pietatis affectu cum Scriptura divina recipiendis: de sanctorum demortuorum invocacione: de beatae Mariæ ûterod[u]lecia, de imaginum lætitia: de incruento sacrificio Messæ propitiatorio, pro peccatis vivorum & mortuorum: de Transubstantiatione panis & vini, in carnem & sanguinem Christi: de communione sub una tantum specie: de tormentis animarū in purgatorio: de justificatione ex operum condigno: de capitis vicarij, Pontificis Romani, in omnes Ecclesiæ, Principatus item & jurisdictiones politicas, potestate & dominio d[omi]n[u]m vob[us]: & sexcenta hujus generis: tum demum fatebimus, nos à tramite fidei avitæ recessisse.

Quandoquidē vero hoe sapientia Tigurinis obiicitur, quod ab avita primorum fidei Christianæ in Helvetia Confessorum & Martyrum, Felicis, Regule, Exuperantij, Vrsi, &c. defecerint, agedum videamus, quæ nam Sanctorum illorum

Mars.

Martyrum fides fuerit. Annales Helvetiorum, & vetustiores Eusebij & Eutropij historiæ consentiunt: Mauritium Ducem cum legione Thebana, à Romanis ex Aegypto evocatum, in terras Gallicas & Helveticas pervenisse: Erat autem Ecclesia Christiana Thebana, in Aegypto Alexandrina à Marco Eugelista plantata, & à Schola illustri postmodum erecta concelebratæ, prorsus conjuncta: ex qua Clemens Alexandrinus, Origenes Catechista, Cyrillus & alij docti viri prodierunt, quiq; voce & scriptis doctrinam Apostolicam & Evangelicam in remotiores terras fideliter propagarunt.

Non profitebantur ergo primi illi Christiani Helvetorum Martyres aliam doctrinam & fidem, nisi illam ipsam, quam in Aegyptiacis Ecclesijs, Alexandrina & Thebana, ex fontibus Apostolicorum librorum imbiberant, ita ut unum Essentia Dei creatorē & conservatorem cœli & terræ; unum generis humani Redemptorem, Dei Filium Iesum Christum, eundem Dei & hominum unicum mediatorem agnoverint, invocaverint, coluerint, ab idolis abhorruerint, nec dubitarint atrocissimos crueiatus & supplicia subire potius, quam idolis gentilium, vel sacrificia offerre, vel minimum cultum præstare.

Hoc ipsum ex Irenæo, illorum Martyrum συγχρόνῳ, demonstrari potest: pleraq; superstitionis & idololatriæ Pontificia capta, de veneratione imaginum, de peregrinationibus religiosis ad reliquias & statuas divisorum; de sanctorum mortuorum invocatione, suffragijs, opitulationibus: de transubstantiatione, de adoratione Panacei Numinis: de propitiatorio pro vivis & mortuis sacrificio; de purgatorio, & sexcentis alijs illius farinæ, veris Christi confessoribus incognita & peregrina prorsus fuisse: dogmata vero divina Propætica, Apostolica de uno Deo, personis trinitis distincto: & peculiariter de unigenito Dei filio θεανθρωπῳ unio & perfectio

G

VINDIC. BIBLIOR.

Mediatore, Salvatore & capite Ecclesiæ, colendo, invocando: de absoluta Christi dæxolupatione, & satisfactione pro culpa & poena peccatorum universi generis humani; de justificatione per fidem in eundem, absq; operum merito: de legitimo usu Sacri Baptismi & S. Coenæ deniq; de Scriptura divina, quam Orthodoxi Doctores illius seculi, columnam & firmamentum nostræ fidei & totius Ecclesiæ nuncupaverunt: de S. Scripturæ, inquam, auctoritate authentica, perspicuitate, perfectione absoluta, omnium S. controversiarum norma: & quæ in proximè subsequutis synodis Oecumenicis, Orthodoxis, ex verbo Dei porrò illustrata fuerant, veris fidelibus inculcata fuisse.

Ex his concludo: primos Christi confessores in Helvetia, fidem non aliam professos, quām quæ in Ecclesia Alexandrina & Thebana tum personuerat, non aliam ob fidem persecutionem & mortem sustinuisse sub Romanis Præsidib; quām propter eandem Evangelicam, quæ hodie in Ecclesijs Reformatis docetur: nec unicum verum Martyrem propter superstitiones Pontificias, quā tales hodie exercentur, id est, propter venerationem imaginum, propter invocationem Sanctorum, propter Romani Pontificis Hierarchiam, &c. martyrij corona donatum fuisse.

Tigurini igitur beatissimis martyribus & majoribus suis, illum exhibent honorem & venerationem, quā nec ipsi aviti confessores, nec ipsorum σύγχρονοι unquam exoptarunt majorem: neclésiæ parem eis unquam detulerunt: ut cum ijsdem Sacrae Scripturæ plenitudinem dæxolupationem adoremus: recipientes eum laude ipsorum dogmata divino canonii congruentia: discrepantia verò cum pace ipsorum modestè respuamus.

III. Ejusdem momenti tertium quoq; est, quo Zuinglium & collegas toties HERETICOS, & urbis Tigurinae, imo ipsius bellicissima Helvettia seductores, convitariis: os impudens!

dens! Zuinglius à Presbyterio & Magistratu Tigurino, ad Ecclesiæ illius functionem legitimè ex Brevo Helvetiorum, ubi odinarium obibat Sacerdotium, singulare integritate, doctrina & zelo, omnibus pijs tum commendatus, evotatus fuit; qui absq; ulla mora & tergiversatione, gregem sibi divinitus creditum, ex Evangelio ita instituit, ut remissio nem peccatorum & redemptionem æternam, non in alio quopiam medio, nisi in perfecta absolutaç satisfactione Domini Iesu Christi Θεανθρώπων, uniti Ecclesiæ suæ electæ Salvatoris, Mediatoris & capitatis, demonstrârit, solida fiducia apprehendendam: è contrario vero errores inveteratos & abusus idololatricos Romanæ synagogæ, prudenti ac constanti zelo detexit & oppugnavit. Quin etiam præcipua doctrinæ Evangelicæ capita, in publico Presbyterorū, ex universa Diocesis Constantensi, justa & idonea ratiōne & operacione fide & cautione data, accersitorum coetu, tercij quaterç, Tiguri, Bernæ, Badenæ, &c. coacto, adversus Pontificiorum accusations & objecta hæreseos criminis, ex sacris Scripturis constanter solideç defendit & vindicavit: quarum disputationum acta in omnium manibus versantur.

Aderat Zuinglio & collegis Reformatoriis, pius & cordatus Magistratus, ratione officijs sui, utriusç tabulae Legis divinæ custos, qui laudatissimo Davidis, Asæ, Iosæ, Ezechiae, Constantini Magni, Theodosiorum, aliorumq; Princeps, Ecclesiæ nutritiorum, exemplo, repurgationem templorum in universa sua ditione, ἐντάλως τοῦ ἐνχυμόντος, absq; ullo motu & tumultu instituit: luxum & tyrannidem Sacerdotum repressit; subditos plebeios eorumq; liberos, in articulis fidei Christianæ, qui majore ex parte contempti & se-pulti sub Scholasticorum tricis & nugis jacebant, institui curavit; ad scitis progressu temporis ordinarijs Ministris & Pastoribus, qui juxta Canonem Apostolicum apti essent ad docendum, vitaç inculpati. Et talis reformatæ Ecclesiæ for-

VINDIC. BIBLIOR.

ma , in illustribus Helvetiae civitatibus , adversus Satanae & Antichristi insultus machinasq; ad hunc usque diem, divina protectione sarta tecta conservata fuit.

Demonstret vel Gretserus, vel alius ex grege Iesuitico procax eriminator, solidis ex divino canone de promtis rationibus , vel unicum aliquod ecclieis doctrinæ caput , à Reformatoribus adulteratum, seu humanarum traditionum veneno infectum fuisse: eosdemq; vel unius erroris legitimè ex verbo Dei convictos, contumaciter falsitatem propugnâsse : tum dabimus Zwinglium & collegas, seductores atq; Hæreticos fuisse.

Nôsti quid Elias Propheta Regi Achiabo & Baalitis Sacerdotibus , turbarum & motuum civilium causam do-
,, strinæ Propheticæ tribuenib; responderit: Vos ipsi e-
,, stis, qui pertubâstis (seduxistis) Israelem, Ecclesiam Dei:
,, quia derelicto vero Deo, ambulâstis post Baalim, 3. Reg.
,, 18. Nôsti apologiam Apostoli , adversus seductionis cri-
,, men sibi intentatum à Sacerdotibus Iudæorum : Hoc ti-
,, bi, o Præses, confiteor ; me secundum viam illam , quam
,, isti sectam (*αἵρεσιν*) dicunt, ita servire Patrio Deo, ut qui
,, credam omnibus , quæ in Lege & in Prophetis scripta
,, sunt: & in hoc ipse me exerceo, ut conscientiam habeam
,, sine offendiculo apud Deum & apud homines . Actor.
,, 24.14.

Nôsti, Gretsero , quinam ab orthodoxis veteribus Hæ-
retici judicari fuerint. Tertull. de Resurrect. carnis cap. 47: Hæreticos Luciferas Scripturarum vocat: Idem de Præscriptio-
nib; aduers. Hæreticos cap. 37. Vnde extranei & inimici Aposto-
lis hæretici , nisi ex diversitate doctrinæ , quam unusquisq; de suo ar-
bitrio, aduersus Apostolos aut proculis aut receperit; Iustinus Martyr,
lib. 3; aduers. hæreses cap. 2. Hæretici cum ex Scriptiurus arguun-
tur, in accusationem ipsarum Scripturarum converuntur , quasi non
redé habeant: neq; sine ex autoritate; & quia varie sint dictæ, & quia
non

non posse ex his inveniri veritas ab his, qui nesciant Traditionem.

Origenes Homil. 9. in Num. Hæretorum voces, si adhibeamus ad alia Dei, ubi diuinus ignis est; ubi vera fidei prædicatio: mens ipsa veritas ex falorum comparatione fulgebit. Si enim apponam dicta cuiuslibet Hæretici, & hæc sermonibus veritatis, ac scripturarum diuinarum testimonij, velut diuinæ altaris igne confutem, nonne evidenter eorum ex ipsa comparatione apparebit impietas?

Visum vero est his annexere nupäveriv cujusdam Lucensis Helvetij non obscuri nominis viri, ad Sacerdotes Helvetiae, Anno 1524. ut Tigurini male loqui desinant. Fama est vos loqui de populo Tigurino, non quod de Christianis hominibus, sed quod de Iudeis, Gentibus & fidei hostibus Turci spargi solet: id quod mihi profecto plurimum dolet, non quidem propter Tigurinos, ut quos no verum esse Christianissimos, sed propter vos, qui dum vos ignoratis, ea loquimini; quæ vobis & famam diminuunt, & incommoda multa ferunt hæc & in futuro seculo. Principio enim Tigurini quid faciunt, unde majus apud exterios quosdā odium exoriatur, quám quod Evangelium apud se prædicari permitunt? Hæc enim est unica causa, quamobrem mundus eos prosequatur & odio & maledictis, cum tamen nil possit esse nec melius, nec salubrius, nec magis diuinum. Evangelium quantum quantum est, ac prout Tiguri præsug gestu publico docetur, beneficia Dei exponit, extollit, magnificat atq; ad gloriā Dei tendit. Quicquid ibi detrabitur ceremonijs, sit ut Christus veré colatur. Quicquid humanis constitutionibus adimitur, ideo est, ut Christi recipiantur decreta. Quicquid dicitur in Romanam Ecclesiam, ob hanc causam dicitur, ut quæ sit Ecclesia Dei, cuius caput Christus est, intellegatur. Præter hæc, quæ diximus, nihil est quod in populum Tigurinum spargi audiatur: atque id unum est, quod abunde arguit & redē fieri ex Evangelice, quod apud illos sit. Item: Nos scimus, Tigurinos non tam incumbere ut Evangelium audiant, quám ut Evangelicē vivante: Christo se rotos dedunt, id quod in primis ad fidelem hominem pertinet. Scientes se & sua omnia nihil esse, nisi peccata. Ad Christum:

VINDIC. BIBLIOR.

omnia dirigunt: cogitationes, inquam, actus, preces, laudationes, cultum omnem, & quicquid hujusmodi existit. Interim autem, si quid boni agunt, non sibi, sed Deo tribuunt. Huius se & liberos, & uxores, & bona cōmittunt. Abstinent ab adulterijs, a superbia, a luxu vestium, at aliarum rerum pro virili. Lucra fugiunt in honesta, invidiam pollunt, charitatem indies magis magis q̄ compleuntur. Succurrunt enim indigentibus, debita remittunt: suppeditant ijs, qui spiritualia largiuntur, abunden̄, non tamen ultra quam par sit.

Porrò & hæc manifesta sunt: quæ falso irrepererunt in Ecclesiam Dei, quantum Deuclargitur, sensim corrigunt. Quæ statuta fuerūt contra Christum Servatorem communem nostrum, pro gratia data propellunt. Et quæ collapſa sunt non sine summa pernicie hominum, restituunt. Linguarum enim studia inter Christianos penitus evanuerant: & cum ijs, quod nemo dubicare debet, studium quoq; sacrarum literarum. Quæ res vel hinc patet, quod rediunib; linguis, redierunt & studia diuinæ scripture. Quod per Christum videntes Tigurini, linguam Latinam, Grecam & Hebricam summa diligentia in sua urbe doceri curant, ad hunc unum finem, ut quæ Dei, & intelligentur rectius, & apius doceantur. Quod opus Christianissimum, vel hoc nomine extollendum in cœlum usque, quod vetus Testamentum Hebraea lingua scriptum, nunquam sanè intelligitur, nisi ex hac lingua: Novum, Graeca lingua scriptum, non recte intelligitur, nisi ex propria lingua.

Item: Tigurini modis omnibus student, ut Evangelium per dictio nem suam prædicetur purissime: ita inquam ut Christus & Apostoli ejus prædicaverunt: nihil addant: nihil adimant. Ex qua quidem re illud futurum video, ut contemptis omnibus, quæ sunt ex hominibus, solum ea sint amplexuri, quæ ex Deo sunt: atq; sic vitam in hoc seculo peracturi, ut poss̄ hanc miseriā perpetuo regnent cum eo, cuius unius gloriā h̄c unicè quæsi verunt.

Tigurini hoc jam per Dei gratiam sibi ratum habent, ut nulli rei cedant, præter verbum Dei, ut in quo uno omnis nostra continetur salus. Neque illi solum, verum quisquis est, qui id posse: adeo non sunt pertinaces in suo proposito. Atque id est, quod toties Episcopum Constantiensem,

stantiensem, tam vehementi studio ad se ex diuinis literis instituendos invitareunt. Quod item tam diligenter jam secundum hac de causa Episcopum Basiliensem, & Univeritatem Basiliensem ad vocarunt, uno precati sunt ardenterissimi. Ex quibus constat, quod omnia, quae faciunt, ad hunc finem unice destinariunt, ut agant pro voluntate Dei: quod hec viventes recte: recte moriantur, & post hanc vitam perpetuam cum Christo vivere quasan. Iam igitur, si non verunt ex Scriptura divina, Tigurinos a recta semita aberrare: insuper autem non venerunt ad eos reducendos, ubi est charitas ipsorum? Quod si nescierunt, quorū non ad venerunt, ut discerent, quidnam Deus per Scripturam indicaret se velle in primis fieri?

Huc usq; vobis indicavi, quæ mecum flauerum, ne, inquam, tam sedata maledictitia utamini in Tigurinos immeritos: ut post quibus quicquid agitur, quod vobis displaceat, Scriptura jussu peragitur. Deinde quā turpe sit, inō quā periculosest, præsertim vobis Helvetie Sacerdotibus, male loqui de bonis & Evangelicis viris: quippe quam rem multa et ingentia mala consequatur hic & post hanc vitam.

Restat nunc, ut vos orem per nomen Christi, a quo Christiani vocamini, desistatis tandem a maledicendo, re tam nefaria, ut non solum non deceat sacrificium, sed ne carnificem, aut fædissimum lenonem eriam. Neque id solum, verum ut & alios reprimatis, ne tam perniciose agant: quicquid enim tale fit, in perniciem illorum fit, qui faciunt: Tigurinis nihil inde malum: contrâ vero bonorum ingens cumulus proveniet, in primis quoad bonam conscientiam: interim dum ejusmodi contumelij afficiuntur, habentes in animo gaudent: quod consortes facti sunt afflictionum Christi, ut revelatione gloria ejusdem exultantes, gaudiant in sempiternum. Data Anno 1524. in Februario.

IV. Quartó Reformatores Ecclesiæ Tigurinæ virulenta lingua & SACMENTARIOS teterrimos, nocentissimos, lannas. Ego vero, Gresfere, hoc ipsum telum in sinum tuum restundo. Si Zwinglius & collegiæ Reformatores Sacmentarij tibisunt, id est, adulteratores, extenuatores, depravatores Sacramentorum: tales quoq; Prophetæ, Apostoli, Orthodoxi Doctores, tibi fuerint.

VINDIC. BIBLIOR.

1. Quia non plura ordinaria Novi Testamenti Sacra-
menta, ab ipso Salvatore instituta, externo visibili elemento,
& interno spirituali promisso bono sancta, σφεργίδας τῆς
εἰκαστούσης τῆς τιμωρίας, pignora & sigillagratiae, de æterna
salute in Christo promissæ; nisi duo tantum, Baptismum &
S. Coenam, docuerunt.

2. Quod signa Sacramentalia, externa, non habeant ve-
rorum Sacramentorum rationem & efficaciam, extra usum
divinitus institutum: videlicet ad representandam, offeren-
dam, applicandam & obsignandam gratiam salvificam, gra-
tuito fædere promissam & sanctitatem.

3. Quia inter externa signa & internam spirituale rem
obsignatam, tam accurate distinxerunt: ut illa fidelibus &
infidelibus externo usu pariter communia; hanc verò solo-
rum fidelium electorum propriam esse, assuerint: illa item
externa ministri manu corporaliter porrigi & administrari;
hanc verò solo spiritu Dei, animę fidelis, spirituali modo com-
municari: unde ablutionem peccatorum, lavacrum regene-
rationis, communionem earnis & sanguinis Christi, non re-
probis, infidelibus & impijs, sed solis electis, credentibus &
poenitentibus vindicarunt.

4. Quia licet distinctionem inter signum corporale sen-
sibile locoq; præsens: ac inter bonum spirituale obsigna-
tum & localiter absens, constituerint: non nuda tamen, ina-
nia & vacua symbola reliquerunt, sed efficacia media Spiritu
Sancti: authenticæ sigilla & testimonia gratiæ promissæ:
in legitimo usu tam individuo nexu cum bonis obsignatis
conjuncta, ut quicunq; corde fidelis externa Sacramenta par-
ticipârit, eodem quoq; bonorum obsignatorū, remissionis &
purgationis peccatorū, regenerationis, corporis & sanguini
Iesu Christi, particeps fiat, juxta illas Apostoli sententias:
,, Gal. 3, 27. Quicunq; in Christum baptizati sunt, οἱ Chri-
stum induerunt, I. Cor. 10, 16. Poculum benedictionis, cui
benedicimus,

„ benedicimus , nonne communio est sanguinis Christi ?
 „ Panis quem frangimus , nonne communio est corporis
 „ Christi ?

Vel, quia negotij Sacramentarij cardo in hoc vnicē versatur, dicam plenus: Cum verbo Dei & Sacramentis eadem res offerantur, spondeantur & exhibeantur : & rerum promissarū apprehendendarū sit idem organon: Ergo sicut soli si deles, bona cœlestia verbo promissa, sic Sacramentis obsignata apprehendunt. Vnde Evangelium potentia Dei ad salutem semper est: sed soli tamen credenti, Roman. 1. Evangelium est bona Christi fragrantia Deo : ihs quiservantur est odor vitæ ad vitam: ihs vero qui pereunt, est odor mortis ad mortem, 2. Cor. 2.15. Circumcisio erat foedus Dei, in omnium Israeltitarum carne : & tamen transgressoribus Legis siebat præputium. Sic Cœna Domini est semper communio corporis & sanguinis Christi: sed eam non legitimè usurpatibus, non est Cœna Dominica: ut qui participes fiunt deminorū, non possint esse participes mensæ & poculi Domini. Summa: promissio gratiæ semper habet annexam conditionem fidei, sive Verbo, sive Sacramentis nuntiata fuerit.

5. Quia mutationem signorum & elementorum visibilium, verbo Dei & precibus Ecclesiæ consecratorum, non essentialē docuerunt: sed tantum mysticam, spiritualem, sacramentalem, in usu & officio consistentem: unde metonymiam S. Augustino familiarem, quâ nomen rei significatæ proprium, pro signo saepius ponitur: & viceissim nomen signi adjuncti, pro re signata usurpatur, ad illustrationem horum mysteriorum, amplexi sunt.

6. Quia denique nullam signum signato corporalem, localem συνταρξιν & unionem statuerunt: sed tantum ἀνελογικην, fidei convenientem: non inclusionem signati in signo: sed sola virtute Spiritus Sancti effectam: ut Iesus Christus, licet cum corpore & sanguine humano essentiali, in eœ-

VINDIC. BIBLIOR.

Ils resideat nobis tamen in terris versantibus, non minùs verè & efficaciter donecatur, quā signa ipsa: quia videlicet fides Christum in Sacramentis oblatum ita intuetur & apprehendit, (exemplo Abrahami, Christum, licet & temporis & loci distantia remotum, intuentis) non minùs quam si corporaliter praestò esset; Ut hæc ratione proprietates Sacramentorum accuratius agnoscantur: ut veritas quoque humanae corporis Christi, verò circumscripti, ante & post glorificationem talis perpetuò existentis, ex mundo in cœlestem Patris domum recepti, & novissimo demum die in mundum reversuri, afferatur: retentis firmamentis, quibus Patres Orthodoxi adversus Marcionem usi fuerunt.

Quod si talia fundamenta, tibi, Greifere, videntur haeresiologian Sacramentariam redolere: ajo, te blasphemō tuo ore, haereseos crimen Prophetis, D. Christo & Apostolis intentare: quibus Sacramentum est signum foederis: fignum justitiae fidei: *αλιτυων* depositionis sordium & sanctificatiōnis: *ανάμυνσις*, corporis in morte traditi, & sanguinis N. Test. in remissionē peccatorū fusi: quicq; vietissim Circumcisio[ni] nomen foederis: agno Paschali, sanguini superliminari asperso, transitus pani & vino benedictio, corporis & sanguinis Novi Testamenti nomen, tribuerunt, Gen. 17.11. Rom. 4.11. 1. Pet. 3.21. Matt. 26.28.

Hæretici tibi fuerint Pàtres Orthodoxi, Origenes, Tertullianus, Basilius, Augustinus, Nazianzenus, Theodoreus, qui Sacra menta imagines rerum cœlestium: panem figuram corporis Christi: item panem & vinum typos, *αιρίτων*, *σθύμβολα*, mysteria corporis & sanguinis Christi, appellârunt: talemq; fieri metathλαχν nominum, ut signo tristibatur nomen & proprietas signati, ad perpetuam analogiam sacramentalem *ιμφαλικωτέρως* innuendam: ad corda deinde fidelium à signis aspectabilibus in cœlos evrehenda.

Cur verò, Greifere, non potius pro acumine tuo judicas, istos

istos detestandos esse hereticos, i. Qui proprio arbitrio Sacra-
menta instituerunt; Christo & Apostolis incognita, qui-
bus verorum Sacramentorum proprietates non conveni-
unt. 2. Qui gratiam salvificam elementis ita includunt, ut
homines ab externis visibilibus Sacramentis petere & re-
quirere jubeant, quæ potius mentibus in eulum elatis pete-
re deberent; atq; ita detestanda idolatria, vim Dei propri-
am, Sacramentis & elementis tribuunt. 3. Quisacrum Ba-
ptismum, præter Christi institutionem & Apostolicæ Eccle-
siae praxim, oleo, chrismate, sale, exorcismo conspurcant:
quiq; eundem Baptismum ad salutem absoluté necessarium
judicant, absq; quo nulla regeneratio electorum ad vitam
æternam fieri possit: quiq; Baptismum regenerationis fide-
lium lavacrum, campanis, navibus, alijsq; rebus inanisimatis
tribuunt. 4. Qui sacram Coenam ad annunciadam Dó-
mini mortem institutam, ad usus prophanos adhibent, per
hanc dæmonas exorcisant: foedera quævis etiam impia eâ-
dem confirmant: qui nefando sacrilegio laicos fideles ab al-
terius speciei, calicis, usu arcent & excludunt; qui magica &
idololatrica panis & vini Eucharistici Transubstantiatio-
ne, Numen panaceum, ceu Deum vivum, distentis brachijs;
elatis palmis, contuso pectore, adorandum prostituunt: de-
nique universam Eucharistia λειτουργιαν, in actionem sceni-
cam, theatricā, histriconiam, & κωνο&λιξ quâdam, ex Iudaïs-
mo & Gentilismo in Ecclesiam Christianam, traductam, con-
verterunt, &c.

Ex his Christianus lector facile colliget, quinam revera
sint Hæretici Sacramentarij: & juxta temerarium ac dirum
Gretseri votum, digni, qui ab Hispanis, si in eorum manus incide-
rent, in cineres revertantur: utiq; qui sacrilega idolomania, hono-
rem æterni Iehovæ, Creatoris, Redemptoris & Sanctifica-
toris nostri proprium, externis elementis tribuunt: Sacra-
menta æternæ salutis pignora, Simoniaci quæstus gratia, im-
pudenter prostituunt.

VINDIC. BIBLIOR.

Fætor, ingentem numerum piorum martyrum, vestro
Iesuitico consilio & impulsu, ad rogum bustumq; pertra-
ctum, lento igne ustulatum, exquisitoq; cruciatu, inter me-
dios Hispanos (in quibus Antichristi spiritus maximè tyran-
nidem suam exerceat) Italos, Gallos, Anglos, Belgas, extin-
ctum esse, &c; combustorū verò cineres, cœlesti vento in u-
niversum mundum dispersos, ampliori messi segetem fœ-
cundissimam exhibuisse: tantoq; numero Evangelicæ re-
ligionis asseclas accrevisse, ut Iesuitas tandem rogorum &
flammarum, inaniter ad internacionem nominis Christiani
accensarum, pudeat. E contrario verò terror stagni illius
ignei, sulphure ardenti, Diabolo & Antichristo Pseudopro-
phetæ, mendacium signorum authori, & omnibus qui cha-
racterem ejus acceperunt, & imaginem ejusdem adorave-
runt, parati, Iesuitarum incendiariorum conscientias adeo
dies noctesq; pungit & excruciat, ut longè facilis ardentibus
flammis Hispanie vivi traderentur, quám vermis illius,
infernalis aeuleum, ægiadoum futuri ignis, persentise-
rent. Iustitia enim Dei requirit, ut non tantum relaxatio
afflictionem perpessis retribuatur: verum etiam afflictio
repndatur ijs, qui alios afflixerunt: quum patet Do-
minus Iesus de ecclis., cum flammeo incendio, ultionem
eis inflicturus, qui Evangelio ejus non. auscultarunt.
2. Thess. 3. v. 5.

v. Quinto, elogium EPISCOPI, ab Hispano Theologo
Ferdinando de Escalante, Zuinglio & ceteris collegis ejus,
æquissimo jure tributum, Gretsero, Sardonio risu extenuas,
totumq; eis abjudicas. Non equidem inirioris judicij tul-
causam miror: Quia nec Zuinglius, nec collegæ, à tribus a-
ijs Episcopis ordinati esse, tibi videntur: quia nec mira, nec
lituo, ne pallio annulove condecorati fuerant: quales de-
mum γνωσις & Apostolici Episcopi, Pontificij esse videtur:
Age verò inspiciamus Canonem & descriptionem Apo-
stolicam,

stolicam , fatebimur vigilantes Ecclesiæ inspectores veros
 esse Episcopos , qui sunt (1. Tim. 3. 2. Titumi 1. 7.) apti ad
 docendum , œconomia mysteriorum Dei : qui tenent fi-
 delem illum sermonem , spectantem ad doctrinam ; qui ex-
 hortari possunt doctrina sana , & contradicentes convin-
 cere : qui sunt inculpati , irreprehensibles , unius uxoris
 viris : qui habent liberos fideles , non obnoxios criminilu-
 xus : hospitiales , bonorum amantes , temperantes , justi , pijs ,
 continentes , &c. hoc est , qui non tantum curant & ope-
 peram navant , ut alij doceantur , vel alij hanc docendi au-
 thoritatem tribuant ; sed qui ipso actu defunguntur docendi
 munere , juxta illud Ierem. 5. v. 15. dabo vobis , pastores
 iuxta cor meum , et pascet vos scientia & doctrina . Et
 Acto r. 20. 28. Attendite vobis ipsis & toti gregi , in quo
 vos Spiritus Sanctus constituit Episcopos , ad pascen-
 dam Ecclesiam Dei , quam proprio sanguine suo acquisi-
 vit ; Philip. 1. qui cognitione veritatis & intelligentiae co-
 lestium mysteriorum pollent : qui dijudicare possunt , quod
 à vero discrepat , qui sinceri sunt , inoffenso pede incedunt ,
 pleni fructibus justitiae , per Iesum Christum , ad gloriam
 Dei .

Ex quibus patet , Episcopos in Apostolica Ecclesia dictos
 fuisse ταπάτοις επισκόπους , quia illorum officium erat specula-
 ri : verbo & gubernationi præesse : in doctrinam & mores
 commissi gregis inquirere : unde & Presbyteri & Episcopi
 ουωνύμως appellati fuerunt , Acto r. 20. & Titum 1. Et hæc
 erat olim Episcoporum appellatio atq; functio : donec qui
 politiæ causa reliquis fratribus in cœtu præterat (quem Iu-
 stinus τῶν ἡρῷον ὀνομάζει vocavit) peculiarter dici Episcopus
 progressu temporis coepit . Hinc Diabolus prima semina
 futuræ tyrannidis & hierarchiæ Pontificiæ in Ecclesia Dei
 jacere coepit , quasi tota Ecclesiæ administratio , unâ cum no-
 mine , ad unum translatâ esse debeat .

VINDIC. BIBLIOR.

Notæ tibi sunt. Grecere, sententia Patrum; Hieronymi ad Oceanū: & in 1. Epist. ad Tim. cap. 3. Apud veteres ijdem Episcopi & Presbyteri fuerunt: quia illud nomen dignitatis est: hoc aetatis: & mox: Apostolus perspicue docet, eodem esse Episcopos, quos Presbyteros. Quod autem postea unus electus est, qui ceteris præponeretur, in Schismatis remedium factum est, ne unus quisq; ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet. Idem Hieron. in Epist. ad Titum cap. 1. quæ verba allegantur in jure Canonico distinct. 95. C. olim. Initio primitiva Ecclesiæ, non erat certus in singulis locis Episcopus, nec differentia inter Presbyterum & Episcopum: sed Ecclesia communis Presbyterorum concilio gubernabantur, nomine Christi. Deinde decretum fuit, & in toto orbe receptum, ut in singulis plebis, unus de Presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ejus Ecclesia cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Et mox: Sicut ergo Presbyteri sciunt, se ex Ecclesia consuetudine, ei qui sibi præpositus fuit, esse subjectos: ita Episcopi noverint, se magis consuetudine, quam dispositionis Dominicæ veritate, Presbyteris esse majores. Item Ambros. in cap. 4. ad Ephes. & in 1. Epist. ad Timoth. Gratianus in Decretis Distinct. 93. & 95. olim: Episcoporum eminentiam & diæcesum partitionem juris esse positioni, non Apostolicae institutionis.

Ecce, quinam Apostolico canone, quinam juxta πρᾶξιν purioris illius Ecclesiæ, virginis intemperatae, Episcopi dicti fuerint. Ego vero confidenter & cordate assero: Si Romanorum vestrorum Episcoporum in avoīng dicitur, & virtute inculpatæ virtutes, cum Timothei, Titi, Ephesiorum, Philippensium exemplis conferantur: ad oculum demonstrari posse, nihil praeter inane nomen vestris remansisse: non nullis binos vel ternos assignari Episcopatus opulentissimos, quorum vix unum, quo ad vixerint, conspiciant: plures venationibus, aucupijs, exercitijs soli voluptati servientibus, totam suam vitam transigere inerter.

E contrario affirmo, Huldricum Zuinglium Tigurinæ:
Berch-

Berehtoldum Hallerum Bernensis, Iohannem Occolampadium Basiliensis; Iohannem Calvinum Genevensis; Guilielnum Farellum Neocomensis; Perrum Viretum Lausannensis, &c. Ecclesiarum veros Episcopos fuisse: & genuina Episcoporum spiritus; in Evangelio prædicando & administrandis Sacramentis solertiam & fidelitatem; in Ecclesiæ gubernatione vigilantiam, vitæ deniq; integratatem irreprehensibilem, in eis eluxisse. Et licet Papali ordinatione acq; successione, juxta ritus Ecclesiæ Papisticæ destituti fuerint: tamen ab Ecclesiarum juxta verbum Dei reformatarum Presbyterijs, Pastorum, Professorum, Principum, Magistratum, libereq; gentis coetu, legitimè electi & constituti fuerunt: Et qui prius in Ecclesia Papistica Presbyteri ab Episcopis Papisticis ordinati: ad obedientiam & fidelitatem Pontifici Romano præstandam, jurejurando devincti fuerant, iij ipsi memores juramenti Deo, corporum & animarum Domino supremo, præstiti, potioris aestimârunt, demandatum munus secundum Dei præceptum administrare, quám in Papæ obsequio supersticiose & idololâtrico, contra Dei verbum pertinaciter perseverare.

VI. Sexto, primos Evangelicæ fidei in Metropoli Helvetiæ, instauratores, contumeliosa voce VOTIFRAGOS laedis: quam quæso ob causam? Quia scititij matrimonij sectatores, libitorum superiorum progenitores fuerint, Hem quid audio Cretere? Ego verò præcipuum illud & sacratissimum votum, quo Majores nostri in nomen, fidem & obedientiam unici Salvatoris & Capitis Iesu Christi perpetuam, baptizati fuerant, constantissime & inviolate, ad extremū usq; vitæ halustum, ab ijsdem observatū fuisse aīo: alterum verò illud temerarium, & contra Dei verbum conscientis impositū votum Papisticū, violenti videlicet cœlibatus, & perpetui obsequijs Romanæ sedi præstândi, ab ijsdem juxta Canonem Apostolicum, correctum & emendatum fuisse. Requiritur enim

VIN DIC. BIBLIOR.

Episcopus maritus unius uxoris: qui liberos habeat fideles:
qui inculpatæ vitæ: qui propriæ domui bene præsit, i. Tim.
3.2. Tit. 1. 8.

Episcopi Ecclesiarum nostrarum Reformatores , nefas
duxerunt, conscientiam impudicitia polluere; ideoq; concu-
binariæ cœwoinītæ & commixtioni, prætulerunt ex Apostoli
mente τὸν ἡμέραν πάντας τὴν οὐκ εἰπεῖν, honestum & ea-
stum conjugium: thorum impollutū, Heb.13.4. exemplo san-
ctissimorū, qui unquam in mundo versati sunt, mortalium:
Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, discipulorum
Apostolicorum. Et juxta Nicenæ Synodi primæ illius oœcu-
menicæ sententiam, judicarunt veram & Episcopo dignam
castitatem esse , conversationem cum propria honesta conju-
ge: Confirmati exemplis Episcoporū thori consortium: Pa-
tris Nazianzeni : Patris Basili Magni Gregorij Nysseni,
Hilarij. Nominatim vero Spiridonij, celeberrimi illius Epi-
scopi, de quo Sozomen. lib.1. cap.ii. hoc luculenter testatur:
,, quod licet uxorem & liberos habuerit, non tamen in causis & ex-
,, ercitij diuinis, inferior deterior ve ceteris fuerit. Apud Euse-
biū lib.5. cap.24. Polycrates Gregorij Nazianzeni filius,
,, Ephesiorum Episcopus, testatur: se esse octavum Episcopum
,, natum ex majoribus Episcopis.

Prætermittam brevitatis studio, quibus auspicijs , quo
progressu, cœlibatus iste fictitius & hypocriticus , originem
traxerit ab authoribus Marcionitis , Manichæis, Encratitis,
qui nuptias ceu precum impedimentum Diabolo tribue-
rant: merita item continentia & virginitatis , ceu status per-
fectissimi & Angelicæ sanctimoniaz , supra modum extule-
rant.

Non dicam, quæ Hieron. refert ad Ocean. Tom.2. Epist.
46. sententiam Paphnutij de casta mariti Episcopi cum ho-
nesta conjugie conversatione, ita obtinuisse, ut passim in Hi-
spania, Gallia, Germania, & Septentrionalibus regionibus,
Episcopi

Hac tō inveni
loto. sc.

Episcopi & Presbyteri fuerint conjuges : ita ut ne διγαμοι
quidem prætextu Apostolicae sententia prohibiti fuerint.

Non recensebo testimonia priscorum , qui conjugalis
illius vitæ interdictum, juris non divini, sed humani esse, nec
à Legali, nec Evangelica, nec ab Apostolica authoritate pen-
dere, palam professi sunt. Gratian. 26. quæst. 2. Can. Sors. Et
Can. Apost. 5. Tom. i. pag. 21. Episcopus, aut Presbyter, aut
Diaconus, uxorem propriam nequacquam sub obientur re-
ligionis abiiciat; si vero eam rejecerit, excommunicetur : si
perseveraverit in repudio, deijciatur.

Can. 12. sextæ Synodi Trullanae. Presbyter nequacquam pro-
hibetur, si cum legitima uxore cohabita verit. Vnde à Graecarum
Ecclesiarum Episcopis, leges cœlibatus excusæ; & libertas
contrahendi matrimonij ad hunc usq; diem ab eis asserva-
ta est.

Aventinus de Presbyteris Bavariae, circa Annum 1070.
testatur: Sacerdotes illa tempestate, uxores suas publicé, sicut cæteri
Christiani, habebant: filios procreabantur patet ex instrumentis dona-
tionum, quæ illi templis, mystis, monachis fecerunt: ubi ha nominatim
cum conjugibus testes citantur, & honesto vocabulo Presbyteris & nun-
cupantur. Vnde Legatus Alberti Ducis Bavariae, in Concilio
Tridentino liberè pronunciavit: Legi divina & veterum mo-
numentis non repugnare Sacerdotum matrimonium. Vide lib. Orati-
onum in Synodo Trident. habitarum.

Quid de cœmarijs encomijs concubinarij status dicam,
quæ apud Pontificios extant? Bellarminus lib. 7. de Monach.
cap. 5. 4. Melius esseuri, ait, & scortari, quám post fornicationem, vos
cum Cœlibatus violando, ad nuptias transfire.

Quid de effectis & fructibus matrimonij interdicti re-
feram: de quibus S. Bernhardus Homil. 66. in Cantic. Tolle
de Ecclesia honorabile conjugium & thorum immaculatum: non né re-
plex eam concubinarijs, incestuosis, seminfluis, molibus, masculorum
concubitoribus, & omni genere immundorum? Aeneas Sylvius, in

VINDIC. BIBLIOR.

Concilio Basiliensi Pontifex electus, & Pius II. dictus, minit Epistolæ eujusdam S. Virici Episcopi Augustani, qui vixit circa Annum Dn. 860. Gregorium plus quam sexies mille fantas capita vidisse, ex piscina quadam ablata, & ingenuisse, confitendo, decretum de Cælibatu sancta cædis causam dedisse.

Prætermittam detestandum illorum exempla, qui tot spurijs atq; Cynebis sedem sacram scilicet, ita conspurcarunt, ut Mantuanus, Italæ vates, pudicitiae illius sacræ oculatus testis, lib. 3. calamitatum, de eadem conqueri ausus fuerit:

Sanctus ager scurrilis: venerabilis ana Cynædis.
Servu: honoranda Divum Ganymedibus aedes.

vii. Sed ne teneras tuas, Gretiere, aures, plurib, obtundari restat septimum convitum, quod peculiariter in Zuinglius, beatissimæ memoriarum virum, gravi foerore, ex Iesuitica xanoxvij. & eruditate eructasti: Baalim Turegiensem in aciem progressum, trucidatum: & non tantum Letho, sed & Oreo demissum fuisse, corpore in cineres redacto. Proh Deum atq; hominū fidem, quid est contumelia, si hoc non est? Zuingliusne alter ille Baal? Hem monstrum! Nam longe æquius veriusque ANTI¹ BAALIM seu BAALIM ASTIGA, βααλολθηε, dicturus fuisses: quia Zuinglius, ut imperterritus martyr & Athleta Iesu Christi, spirituali gladio divini verbi, Romanum istud Baalim revelatum, coram universo orbe Christiano confudit & prostravit: Baalim, inquam, Antichristum, qui multis ab hinc seculis, fecidissimos pedes Regibus, Principibus, Episcopis, Pastoribus, Sacerdotibus & Monachis infinitis, deosculandos porrexit: qui nomen Dei & Domini sanctissimi, impudenti blasphemia sibi arrogavit: qui ceu numen visibile potestatem & opera Dei propria sibi venditavit: vide Distinct. 96. cap. Satis. Glos. juris Canonici; ceu Regum universorum & Monarcharum mundi Caput atq; Dominus nullius hominis judicio & censure subjectus: qui ipsis Angelis quoq; imperare possit: qui Deum panaceum elevationibus,

buss,

bus, circumgestationibus, processionibus meritorij adorantur: qui imagines, statuas & reliquias defunctorum Sanctorum delecta venerandas prostituit. Hunc ipsum Baalim Zwinglius armis spiritualibus adoptus est: hunc in multorum electorum cordibus jugulavit, ut quem prius reveritatis fuissent eum numen quoddam, eundem posthac aversari & detestari coeperint.

Zwinglium in aciem progressum & trucidatum fuisse, exprobras? Proh facinus: Hostibus in agrum Tigurinum ingruentibus & Magistratu fortissimo hostilem impetum propulsaturo, egressus est Zwinglius ut Pastor cum grege ad confictum, exemplo Sacerdotum veteris Testamenti, qui ut milites ad preces, ad pietatem, vigiliam & constantiam hortarentur & confortarent, mandato Dei castris interfuerat: Deut. 20, quod etiam sub Christianis Imperatoribus, Constantino, Valentiniiano, Gratiano, Theodosio, alijsque prijs Regibus, Principibus, populisque necessitate postulante, factitatum est: ut religio non minus in castris, imminenti periculo, quam intra moenia, in pacato statu exerceretur; ideoque haec patriae nostrae Helvetiae universae consuetudo, mandato Dei & exemplis fidelium Dei servorum innixa, laudem potius quam insectationem, apud aequos, nulloque judicio & livore abrepitos homines digna est.

Atqui trucidatus est in acie ab hostibus? Verum: nec ipse solus, sed eum quingentis honestissimis viris (qui plures cæsorum numerant, sive Carion, sive Faber, sive Sadoletus, sive alii, qui vel ignorantia decepti, vel invidiae fascino superati, veritatem faciunt) multitudine hostium octies millenorum superatis. Occubuit Zwinglius ut Pastor inter oves, pro patria, pro religione, pro Christo apostolus, animam suam Dominino exercituum ardentissimis votis, ad extremum usque habitu effusis, commendans. Addam Epitaphium Zwinglii à clarissimo viro, Gerardo Noviomago Marpurgensi, scri-

VINDIC. BIBLIOR.

ptum, ut videas quodnam exterorum proborum virorum
judicium de vita & morte ejus fuerit:

Qui Christo & patriæ vixit, docuit, vigilarvit;

Pro Christo & patria fortiter occubuit.

Zuinglius aeternum Christo patriæq; saluti

Vixit: iniqua cohors perpetue morte perit.

*Occisi cadaver ab hostibus furibundis studiosè qua si-
tum, repertum, rogo impositum, in cineres resoluimus. Verum : &
quod Osualdus Miconius Lucernensis, de obitu Zuingli,
bona fide refert: Hostibus digressis, post diem tertium accedunt ar-
mantes Zuinglii: reliquias ejus quærentes, non ut adorarent, sed ut in-
terra de more conderent: & ecce cor (mirabile dictu) se offerit è medijs
cineribus integrum & illasum: stupebant boni viri: miraculum quidem
agnoscentes, sed non intelligentes; quare Deo tribuentes, quicquid es-
set, non nihil, tanquam certi magis de cordis viri sinceritate facti su-
perne, gaudebant.*

Tune, Gretere, hinc colliges, non tantum Letho, sed &
Orco demissum fuisse: O judicem iniustum. Si ex temporali
clade, de æterna animæ salute, de universa quoq; Zuinglii
doctrina, judicium ferre præsumas; careat successibus, opto,
Quisquis ab eventu facta probanda putat.

Tu, si vir bonus sis, ex doctrinæ capitibus, verbo Dei re-
pugnantibus, demonstra, Zuinglium Pseudoprophetam,
authorem hæresion, filium gehennæ fuisse. Si ex adversa
morte, de veritate doctrinæ, & animæ salute æstimare velis,
quid Prophetis, quid Apostolis, quid Salvatori facinoris
annumerato, quid tot myradibus martyrum, instar ovil-
um ad mactationem deductorum, tribues: Nægregius es
frater sanguine innocuo rubentium, Apocal. 17, qui sibi vi-
dentur & gloriantur gratissimum Deo præstissime serviti-
um, interficiendo fideles Iesu Christi servos & testes. Nos
tempus illud a fuisse fatemur, quo Deus judicium à domo
Illi incepérat; sed etiam à dilectis domesticis suis incepérat;
quis;

quis erit finis eorum, qui Evangelio non parent, 1. Petr. 4.
quando Dominus, qui sanctus & verax est, sanguinem o-
cisorum propter testimonium Iesu, vindicabit Apocal.
6. v. 10.

Si Zwinglius tibi, Gretser, damnatae memoriae vir' fue-
tit, & ad Orcum demissus, quod ab hostibus in acie occisus
est: quid judicabis de sanctissimis Sedis Pontificiax antisti-
bus: de Iohanne videlicet XIII. qui cum adultera in alop-
po deprehensus, a marito adulterae confessus perijt, quiq; se
diabolo corporaliter prius dederat: teste Fasciculo tem-
porum: quid de Formoso primo, eius cadaver saevitia Stephani-
ni. e terra effossum, & ignominioso detruncatum fuerat ijs-
dem membris, quibus fraudem nefandam in consecrandis
Sacerdotibus perpetraverat: Platina: Quid de Innocentio
4. in cuius curia audita fuerat tristissima haec vox: Veni
miser in judicium Dei, & quod postero die mortuus & livi-
da plaga notatus in lecto repertus fuerat: Quid de Bonifacio
8. qui intravit in sedem Apostolicam ut vulpes: regnavit
ut leo: & mortuus est ut Canis. Quid de Iohanne 23. Conci-
lii Constantiensis præside, qui, Onuphrio teste, vir bello & ar-
mis, quam religioni aptior fuerat? & testante Gabriele Bovel, in
Actis syn. Const. Sess. XI. diabolo suadente, sepius coram diversis
prælatis & alijs probis viris pertinaciter dixit, afferuit, dogmatiza-
vit: non esse vitam eternam: non aliam post hanc: animam item ho-
minis cum corpore humano mori & extingui ad instar animalium
brutorum: mortuum semel, in novissimo die non resurrecturum? Anno
1512. Quid de Julio 2. tam pacifico Pontifice, qui (ut Helve-
tiorum Annales testantur) bellum inter Ducem Mediolanensem,
Regem Gallie, Venetianos & Helvetios cruentissimorum autor fuit,
ut supra ducenta millia hominum ejus instinctu occubuerint? Prohi-
beatae memoriae viros.

Vade igitur Gretser, & noli post hac judicare & condem-
nare innocentes, ne ab alijs ipse judiceris.

VINDIC. BIBLIOR.

CAP V T. VII.

Leonis Iudæ defensio , adversus
probra familiæ, doctrinæ, scriptis & morti
eius intentata.

Tria verò peculia sunt, quæ pro tuo candore Ie-
sus Christico, Gressere, præclaro Dei servo, Domino Leo-
ni Iudæ, Episcopo & Pastori Tigurino, calumniosè
affingis; primum de ipsius stirpe & familia: alterum de libro
quodam in Erasmus capitali fraude edito: tertium deniq;
de infesta miseraç; ejusdem morte: quæ mentem tuam, cœu
alterius Simonis Magi, selle amarissimo, & iniquitatis nexu
constrictam, ternis turpisimis notis produnt & diffamant.

I. Primum enim optimi viri Leonis Iudæ genus & fami-
liam tam malignè inseclaris, ut non dubites afferere, velut ex
historia aliqua fide digna edoctus: hominem fuisse origine Iuda-
um: postea Christianum: deinde Sacerdotem, flagitiosum denique Apo-
stolam: qui Hebream linguam unâ cum lacte materno, veluti verpus
suxerit: Leonem item fuisse domo Appellam: in Iudaismo procrea-
tum. Nō stitua verbâ, nosce tua mendacia, & crimina Esau
spiritum redolentia.

Recensebo bonæ conscientiæ fide, quæ ex honoratissimæ
illius familiæ monumentis descripta, ab amico integerrimo
mihī communicata sunt.

Avus Leonis Iudæ nostri, civis fuerat Rappolzuylanus
in Alsatia, vir ob incomparabilem eo loci & temporis Chei-
rurgias notitiam & praxin, præclaræ existimationis, circa
Annum Dn. 1470. Filios genuit binos: Iohannem & Mat-
thœum: uterq; optimi parentis consilio & sumptibus, bona-
rum literarum studijs à puero imbutus: postea in Academia
Basilensi,

Bassiliensi , ingenij sui ἀγρίων & morum probitatem , ita probavit , ut primam & secundam Philosophiae lauream adeptus fuerit . Brevi verò tempore elapso , majore in Plebanum vel Sacerdotem Gemerensem cooptato , junior , Matthæus , Comiti Rodolpho à VVerdenberg , Teutonici ordinis magistro , commendatus & addictus , expeditionis in insulam Rhodium suscepta socius , ibidem pro nomine Christiano ἀπιστεύτας , occubuit , mense Octobri 1488.

Iohannes verò Iudæ , Plebanus Gemerensis , concubinam communī Sacerdotum cōnsuetudine sibi adscivit , Elizabetham Hochsengerin Salodorensim , ē conspicua & senatoria familia ortam (ejus enim agnatus Ioh. Henricus Vuinkel , senator & signifer Salodorensis , in prælio Dornacensi , victoriz illius amplissimæ ab Helvetiorum exercitu , adversus Suevos & Austriacos reportatae consors fuerat) eamq; unicā conjugali fide domi suā sustentavit : ex quā genuit hunc filium Leonem Iudæ , Anno 1482 , quem in Schola trivali Schleitstettana prima literarum rudimenta doctum , postea Basileam Anno 1502 , alegavit , ubi Huldreichum Zwinglium DoggioHelvetium socium nactus , celebrem Theologæ Doctorem Thomam VVittenbachium Bielensem assidue audivit : & ab eodem purioris doctrinæ Evangelicæ de perfecta Christi satisfactione & ἐπολυπρόστι generis humani axiomata , semina & fundamenta per summum numinis gratiam percepit : ibidem deinde in Diaconum templi ad S. Theodororum electus : postea Basilea ad Eremū Helvetiorum vocatus , in obeundo ejus Cœnobij sacerdotio , collega usus studiorum pristino socio , Huldrico Zwinglio , strenuam operam Linguis sacris : lectioni item Orthodoxorum Patrum , Hieronymi præcipue & Augustini : maximè vero librorum nuper admodum ab Erasmo , Capnione & Lutherò editorum , navavit : ex quibus tam Evangelicæ veritatis lucem & notitiam , successivē sibi

VINDIC. BIBLIOR.

comparavit, ut à superstitionis & idololatricis Papismi cultibus & erroribus, abhorre re magis magis cōsiderat: donec in ipsam Helvetiæ metropolin Tigurum vocatus, & ab amplissimo ejus loci Magistratu atque ecclæ Ecclesiastico, Pastor Ecclæ ad D. Petrum constitutus, fraudes, errores & superstitiones Pontificias, voce scriptoribz palam oppugnaverat, & gregem divinitus sibi commissum, in perfecti Salvatoris Iesu Christi cognitione solidius instituerat.

Habes, Gretsere, narrationem historicam, succinctam, veritati consentaneam, ex fide dignissimis monumentis de promptam, de Leonis Iudæ stirpe & familia: quæ tuam Admonitionem convitiorum putidissimorum convincit & confundit. Ex qua pio & æquo lectori constat, Leonem Tigurinum non in Iudaismo procreatum, non domo Appellam: non instar verpi ex uberibus matris Iudæa, lac illud sacra lingua imbibisse: sed ex familia inter Christianos Pontificios Alsatios conspicua, progenitum: patre Sacerdote unclo, & si characteri Pontificio fides adhibenda, Ecclesiae Christi consecrato, natum, baptizatum, effutritum, in fundamentis Christianæ Catecheseos utcunq; institutum: qui dulcissimum illud sacri sermonis Hebræi Græcibz, & universæ postea Christianæ pietatis lac, ex ubere verbi & spiritus divini, per fidelē institutionem in Scholis imbibera: unde ad complures dignitatum gradus, ab ipsis quoque Pontificijs evenctus, Christo solertissimam operam, ad extremum vitæ halitum, ut servus probatus, præstitus.

Sed heus, Gretsere, cur Leonem illum convittaris Iudam? Num quod prætextu sacræ fraternitatis & sodalitatis Iesu, animis simpliū sese insinuavit? Insidiosorum & sanguinariorum consiliiorū machinator, Dominum Iesum in membris & cōfessoribus suis insontibus, inquirendis, prodendis, argento auroq; vendendis, ad rogum protrahendis, persequutus fuit? Næ spiritus ille Iudæ, imo Esavi proprius, in nullorum

nullorum hominū consilijs & actionibus evidentiū se pro-
dit, quām in larvatorum Iesu fratum ac sociorum studiis.

Cur verō virum integræ famæ criminariis flagitiosum? cu-
jusnam flagitiū reum? num alicuius parricidij, factionis,
prodictionis, lanienæ, persequutionis, atrocis vè alicuius sup-
plicij author fuit? num præstigiator, exoreista, collusor Sar-
anx, signorum mendacium author, vel artium magicarum
doctor? num detestanda libidinis Venereæ, Sodomie, ab
Archiepiscopo Beneventano commendatae, Pontificis in-
dulgentijs concessæ, & typis Venetianis ad delectationem
usq[ue] quondam collaudatae, consors? num scelerum impuni-
tatem certo pretio, taxæ Apostolicæ prætensu, cuiquam ven-
didit? Inter quos mortalium ordines ista fl. gitia maximè in-
valuerint, novit & lamentatur universus orbis Christianus.

Cur verō ut Apostolatam ore tuo traducis? anne ab Ortho-
doxa Apostolica & Prophetica, ad figmenta hominū defe-
cit? Anne ex Dn. Christi, unici & perfecti Mediotoris nostri
castris, ad Antichristianissimum profugit? Hi enim demum
veri sunt Apostatae qui i. Tím. 4. deficiunt à fide, attenden-
tes spiritibus deceptoribus ac doctrinis dæmoniorum:
per hypocrisin falsiloquorū quorum conscientia cauterio
resecta est: prohibentū contrahere matrimonium: & ju-
bentium abstinere à cibis, quos Deus creavit ad parti-
cipandum cum gratiarum actione.

II. Progrediar ad alterum, Leoni Iudæ à Gretsero inten-
tatum crimen, videlicet quod in heresin Sacramentarii propagan-
dam adeo fuerit intentus, ut ne capitalibus quidem fraudibus abstine-
rit: ut cùm ementito nomine Ludovici Leopoldi, Anno 1526. edidisset
Germanicum libellum, de Erasmi Roterodami, & Martini Lutheri
sententia, circa Cenā Domini: in quo Germanicæ plebeula persuadere
conatus fuerit, Erasmi & Lutheri doctrinam à dogmate Zingliano,
quoad hoc caput, nihil prorsus discrepare. Tu verō, Gretsero, do-
ctrinam Evangelicam de veris Sacramentorum proprietatibus

VINDIC. BIBLIOR.

tibus, fine & usu: maximē verō de spirituali manducatione
carnis Christi, hæresin esse tum demūm probabis: ubi Dn.
Christi institutionem, explicationem item Apostoli, de Com
munione corporis & sanguinis Christi, fracto pane Eucha
ristico, & poculo benedictionis, obsignata: illustrations quo
que, Orthodoxorum Patrum: maximē verō Augustini &
Theodoreti, hæresiologiam esse, prius eviceris.

Seiscitatus verō, qualisnam esset ille liber, quem D. Leo
capitali fraude in lucem emiserit, candida Helvetica fide re
peri: Anno 1526, mense Aprili, libellum Germanico idiomate
Tiguri excusum fuisse, cui titulus præfixus erat ille ipse
cujus tu, Gretsere, ex compilatoribus Historiæ Sacramenta
riæ, mentionem fecisti: sub finem additò nomine Ludovici
Leopoldi: cuius hoc argumentum erat: D. Erasmus & Lu
therum, nondum incalente contentione, tam modestè &
orthodoxè sensisse & scriptisse, ut de spirituali præsentia &
manducatione corporis Christi, οὐοψίως cum Tigurinis
Pastoribus docuerint: quem libellum Leo non alio consilio
scripsérat, ut ex Dn. Zwingli Exegesi patet, quām ut viam
illis ipsis muniret, quō ab errore postmodum concepto com
modius desistere possent. Idem testatur libellus Leonis Ap
ologeticus, oppositus vehementi Epistolæ Expostulatoriæ, ab
Erasmo ad Legatos Helvetiorum tum Badæ congregatos,
transmissæ: in quo adversus dolim alii objectum crimen, pro
dignitate se purgavit: demonstrans non esse novum, utili
bri absq; nomine authoris edantur: sed & apud Orthodoxos
antiquos in more positum fuisse: se alia quoque antehac in
lucem emississe, quibus non metu, vel fraude ulla, sed mode
stia & humilitatis potius causa, & praecavendi præjudicij
gratia, nomen suum non præfixerit: Telum ab Erasmo vibra
rum, in ejusdem sinum ita retorquens, ut convicerit Erasmus
ejusdem fraudis (si fraus dicenda sit) quod seditionis quen
dam dialogum, Iulij nomine inscriptum, non apposito veri
authoris.

authoris nomine, publicaverit; deniq; demonstravit Leo di-
sertis rationibus, se in prædicto libello ne minimum quidem
commemorasse, quod non de verbo ad verbum in Erasmi
libris reperiatur. En fraudem capitalem, quâ Zwingiani
suum dogma, ut tu, Gretsere, stomacharis, propagare conati
fuerint.

III. Tertium verò, quod de præclari illius Pastoris morte
narrasti, longè contumeliosius atrociorē est, omnes Chri-
stianæ charitatis & verecundiax limites transcendens. Si mors
peccatorum pessima ess, quanto magis pertinacissimorum Sacra-
mentariorum: quorum mors non ess janua ad vitam; sed aditus ad mor-
tem secundam. Illéne felicissimè migravit ad Dominum, qui tot mil-
lia animarum à veritatis tramite abduxit, & ad perfidiam Zwinglia-
nam traduxit? Illéne, qui cùm sacerdos esset, in fictio matrimonio us-
que ad extrellum anhelitum vixit, nullis unquam penitentia indicis
editis, ne in fatali quidem illâ horâ, cui tunc uxor & liberi potius curae
erant, quād malè commissorum detestatio, &c. Hæc mendacia pu-
tidissima te contra propriæ conscientiæ tuæ testimonium
commentum esse, confidenter dico.

Prætermittam, quæ supra commémoravi, de Fide avita,
an Antistites Tigurini vel unicum hominem, nedum tot
millia animarum à veritatis tramite ad hæresin, perfidiam,
apostasiam traduxerint: utrum pio Sacerdoti & Episcopo
jure divino liceat conjugi honestæ conversari: an in Eccle-
sia uxor & liberi unquam moribundi Episcopi lectulum
circumsederint: an matrimonium Pastorum fictitium & æ-
terna condemnatione dignum sit: Ajo te, Gretsere, in vi-
rum piè placideq; defunctum, contra propriam tuam con-
scientiam, impudentissima convitia commentū esse; quia sci-
ens, prudens, volens prætermisisti, quæ Theologi Tigurini,
de beatissimo Dn. Leonis obitu, integræ fide, in Praefatione
Bibliorum à te visa, lecta, judicata, maledicenter proscissa, rea-
censuerunt: quorum summā hæc est,

V I N D I C . B I B L I O R .

Cum jam aliquot menses vir optimus & in sacris tractan-
dis laboriosissimus, decubuissest: sensit tandem ipse, viribus ma-
jore ex parte exhaustis, succoq[ue] vitali toto ferè consumpto,
præsentissimum instare obitum. Vocatis quadriduo, ante-
quam hinc excederet, omnibus Civitatis Tigurinæ Pasto-
ribus, Professoribus, Diaconis, brevi & evidentioratione ex-
posuit, quâ mente haec tenuis supra novendecim annos in Ec-
clesia Tigurina versatus: quâm varijs exercitatus fuerit ma-
lis: quanta gratia & misericordia Dominus erga ipsum usus
fuerit: quâ item fidelitate Ecclesiam sibi concreditam do-
cuerit: Orthodoxæ fidei a se traditæ ex puro Dei verbo, opti-
mè sibi conscientiam esse: licet se per catorem magnum verbis
Apostoli profiteretur: 1. Cor. 4. 4. nullius fraudis & iniqui-
tatis mihi conscientia sum: sed tamen in hoc non sum justifica-
tus: se Confessioni Evangelicæ magno æternæ salutis desi-
derio immoriturum esse: repetitis præcipuis Capitibus do-
ctrinæ Orthodoxæ a se prædicatae: de Canonica Scriptura
norma perfectissima: de unitate essentiae divinæ: de Trinita-
te personarum: de Iesu Christi Æterna Personæ & Officio
maxime verò de ejus perfecta pro peccatis mundi satisfactio-
ne. Tandem hæc disertis verbis subjecit: Hunc Iesu Christo, Do-
mino & liberatori meo, speli & saluti meæ, me totum anima & corpore
deo & offero: hujus misericordia & gratia innitor: hujus promissionis
bus & æterna veritati, meis omnibus diffidens, totus confido & secure
immorior: firmiter sperans, me ipsius beatissimo illo, mibiq[ue], desideratissi-
mo fruiturum conspectu, in quo est gaudium plenissimum & semi-
ternal latitia: addita gratiarum actione ad Deum Patrem, per Dn. Iesu
Christum, pro beneficijs sibi totoq[ue] generi mortalium collatis: ve-
xiam & condonationem omnium suorum delictorum precarus; annexa
seria exhortatione ad præsentes fratres, ut sobrietati, vigilancia, con-
cordia, paci mutuae, constantia in doctrina & fide Evangelica, omnem
suam operam impendant. Quibus magna cum gravitate absolu-
tis, precibus & obsecrationibus, ex ardentissimo animi affea-
ctu ea

et effusis, Vrbem, Senatū populumq; Tigurinū, totam Ecclesiam: deniq; matronam mox viduam futuram, cum dilectis orphanis & pupillis, Deo Patri per Iesum Christum commendavit: Valedicens & benedicens singulis adstantibus.

Habes, Gretere, verā de beato obitu D. Leonis historiam: ex qua palām constat, te propriæ tuæ conscientiæ, ex lecta prefatione Bibliorum Tigurinorum convictæ, vim fecisse, qui non dubitarris hæc falsissima evomere, Leonem è vi-
nis excessisse, nullis vel Orthodoxæ fidei, vel penitentia indicis editis.

Tu, verō indulgegenio tuo Iesuitico, quantum volueris: Dei servos placidē defunctos arrode & lancia: sanctis ipso-
rum manibus insulta: ringere & freme, quō cunq; Esavi fu-
tore abruptus: Nos ex Dei verbo novimus, æternam bea-
titatem promissam & paratam esse omnibus, nomen uni-
us Dei per Iesum Christum unicum Mediatorem, in vita
& morte invocantibus, Ioel 2. R. 10, animas eidem vera
fide in agone commendantibus: Beati enim sunt à modo
mortui in Domino; Etiam, dicit Spiritus: quoniam re-
quiescent à laboribus suis, & opera (præmium laborum
gratuitum) eorum sequuntur eos, Apoc. 14. qui præcla-
rum illud certamen, Evangelicam prædicationem obeun-
do, decertaverint: cursum in timore Domini, ut servi fideli
& vigilantes, consummaverint: & fidem usq; ad mortem
servaverint: beati sunt: 2. Tim. 4. quia illis ipsis reposita
est in cœlis corona justitiae & vitæ, pretioso Christi sanguini,
ne acquisita: beati sunt, inquam, doctores sapientiae & ju-
stitiae, splendore cœli, ut stellæ, in secula sempiterna coru-
scaturi, Dan. 12.

VINDIC. BIBLIOR.

C A P V T . V I I I .

De Rodolphi Gualtheri Epopeia,
quâ singulorum Veteris & Novi Testamenti
librorum capita, συντόμως; complexus fuit.

DEnique, Clypeus Catholico Pontificius Venetianus, commendat Rodolphi Gualtheri, Pastoris Tigurini, ut viri optimi & doctissimi, industriam, quâ singulorum Capitum, totius Scripturæ Propheticæ & Apostolicæ, summaria & argumenta, elegantissimis versibus inclusa, Translationi Bibliorum Tigurinæ addiderit, ut non tam usui studiosorum inserviret, quâm mira metri illius suavitate lectorem permulceret. Audiamus vero, quid Gretsero de isto metro Gualtheriano videatur. *Meis auribus, ait, & animo (felle Lalolitæ tincto) carmina illa plus de inconditis rupibus & canticis Helvetiae, quâm de literato Helicone in sonare videtur; tantum absent ut mira suavitate me permulcent, quod exemplis vix septenorum nominis & verborum æterpiarum quandam redolentium, ex numero systemate versuum quinque milenorum, ducentorum sexaginta quaternorum, argutissima quadam Iesuitica Inquisitione, extractis, comprobare conatur: Et tandem illis subjungit: nihil dicam de integra compositione, qua tota est inepta, insulsa, & plena inconditi & inculti ruris, &c.*

Sed heus tu nasutule: inhibe aliquantillum & discute tuam nauseam. Gualtherus noster sacrosancti illius systematis Bibliæ capita singula, carmine Elegiaco, xat' e' willouin, tam accurata brevitate, tam suavibus numeris: modò distichis, rariùs hexametris, sèpiùs tetraстichis, prout rerum magnitudini simul & sensus brevitati sufficere videbantur, complexus

plexus est, ut opus illud à doctissimis nostri seculi Pöetis, Eobano Hesso, Pollio Vestphalo, Francisco Nigro Bassaniensi, publicis præconijs luculenter commendatū fuerit: quorum hic authorem sacri illius metri hoc encomio insignivit:

Parnassi simul, & simul Tzoniſ.

Vates, Gloria, bis sacer Rodolphus.

Gualtherus, &c. ut nullus dubitem, quin depositis animi tui affectibus malignis, Gretere, lethali præsertim religiosi odio, quo solo nomine Iesuitis suspecta sunt, quæcumque à nostratis proficiscuntur: metriq; illius ingeniosa & docta compage penitus inspecta & ponderata, longè æquior ejus Censor futurus sis.

Author verò illius Carminis sacri laborem subiit, arduo quidem juvenili: pio tamen animi zelo, consilio & horatu venerandoram præceptorum, Dn. Conradi Pellicanī & D. Theodori Bibliandri, circa annum etatis suæ vicesimum secundum, excitatus & confirmatus: quorum judicio & censurae totum opus subjecerat. Et quia animus authori præsagiebat, laborem pio animo suscepimus, à rigidioribus Centoribus, dente Theonino arrosum iri: prefatione libello seorsim excuso, Anno 1554. præfixa, absq; ulla uero dōξia professus est: *Subi laborem hunc, non meo fretus ingento, quod quām exiguum mibi sit, satis novi; sed amicorum & fratrum precibus impulsus: Qui majora sibi de me, quām ipse poteram sperare, promittebant. Inter quos primi erant colendissimi nostri Præceptores, qui nunquā rogare desisterunt, ut et opus inciperē & incepitum, cūm non infelicitur succedere viderent, ad finē perducerē: quod Dijs bene fortunatis, ut spero, factum. Quanquam nolim afferere contumaciis, nos nunquam omnino vel erravisse vel errare potuisse. Homo enim cūm sim: nihil humani à me alienū esse puto: quod sapientis maximis viris de religione simul & literarum studio optimè meritis, contigisse novimus, ut errore quodam prolapſi sint. Quænam enim materia quæſo erat, in quā & errare facilis, & errorem deprehendere difficultius, quām in tanto mysteriorum Dei*

VINDIC. BIBLIOR.

pelago! Vnde evenire videmus, ut nonnunquam etiam bonus dormiet Homerus.

Quod autem carminis venam attinet, sen demissum authoris animum) non negarim, hanc multis in locis afferiorem esse, & delicatis nonnullorum animis vix tolerabilem: culpam autem, propter causas, ut puto, non leves, deprecor. Quis enim nescit multorum nominum duriorem sonum (qualia multa in Hebreorum literis sunt) carmen quoq; durius reddere? Accedebat hue ingens ipsarum rerum moles, & rancia verborum brevitas, quae nonnunquam coacta, tantum argumenti pondus sustinebat. Si enim haec delicateus simul & dilucidius tractare revoluissim, jam pluribus etiam opus erat versibus. Sic vero non argumentum, sed justam rerum tractationem scribere visus fuisset: quare brevitati studiuimus per omnia, &c. Atque ut summatum dicamus omnia, ita hunc laborem accipi volumus, ut qui perierit & communis utilitatis studio suscepimus sive, quo scilicet omne illud, quod divina concessit bonitas, ad Ecclesiae commodum proferremus, & ut alijs meliora meditandi preberemus occasionem.

Constat vero universum illud metrum, numero versuum quinquies millenorum, ducentorum, sexaginta quaternorum: ex qua amplissima sylva, Gretserus, vix septem nomina & verba, specie tenus atque excidisse: imo vero instar aranei ex floribus venenum exsuxisse videtur. Quid enim sibi volunt istae voces? Cedrina, Heliæa, atrium, ritus, absuntur, admittit, convivia; quæ operarum typographicarum σφάλματα potius; quam imprudenti authoris studio, tribuenda esse, exemplaria postmodum recognita disertè demonstrant: orulos vero istius Zoilli insidiosos, lividos & malignos produnt & confundunt.

Etenim si quis Monachus barbottans est grege Pontificio prodijset, oracula divina totidem numeris: imo Monachali Scholastica Latinitate (seu sit virgo, seu martyrus) commensus prodijset: næ Canonizazione Papali dignus ab universo electo judicatus fuisset: doctissima vero optimi Gualtheri carmina,

minā, nominis & religionis præjudicio iniquissimo, orco devoventur.

Maximē verō conquereris, Gretsere, bilem tibi motam fuisse pauculis illis versibus, quibus author Cap. XIIII. Apostolice Calypseos, Antichristum Romanum specie bestiæ ipsius blasphemā fronte ex abyssō consurgentis, graphicē depinxit: sed quanto magis commorā bile servēres, si in ejusdem authoris Homiliis incideres, quibus illum ipsum Antichristum vivis characteribus & coloribus ex historiā Ecclesiasticā depinxit, & ad oculum demonstravit: imitatus heroseum exemplum Reformatorum Imperij Romani Ordinum, qui adversus Synodū Tridentinę postulata & decreta ita protestati fuerunt luculentissimo scripto, ut Pontificem Romanum, in conspectu universi orbis Christiani, Antichristianismī accusare, convincere & confudere non dubitārint.

Non possum verō, coronidis loco, prætermittere, impudentissimam maledicendi proterviam, quā ejusdem D. Gualtheri sanctos manes arrodit. Clypeus Venetianus, Petrum Cholinum patritium Tugensem: & Rodolphum Gualtherum Tigurinum, ut viros optimos & doctissimos commendavit, qui potissimum operam in absolvendā Bibliorum Translatione præstiterint. Quam laudem, tu Gretsere, utriq[ue] maligne derogas. *Sacramentarius* (ajs) fuit uterq[ue]: quomodo ergo vir optimus? Peculiariter verō viri boni elogion Gualthero abjudicas: *Spuriā Zuinglii Sacerdotis filiā connubio sibi junxerat Gualtherus*: ergo viri optimi encomiū non meretur: licet nibil aliud bonitati adversum patrāset, quām hoc ipsum; quod flagitosi Apostatae norham sibi desponjavit? Hui quām inverecundam frontem; quām impudens os tuum perficias! Sacramentarios esse suprā probavi, non illos, qui de essentiā, formā, proprietatibus, fine, usu & effectis Sacramentorum, cum Canone divinarum literarum, & orthodoxā Antiquitate, dico. hactenus docuerunt; verū istos ipsos criminis Sacramentarij reos convin-

L

VINDIC. BIBLIOR.

ei: qui Sacra menta nova, præter & contra Christi atq; Apostolorum authoritatem, temerariâ potestate instituerunt: qui instituta à Salvatore, sacrilego ausu mutilarunt: superstitiosis & idololatricis cultibus prophætaverunt & conspurcaverunt: qui Elementis parem cum Deo venerationem: qui operio perato, fide & pœnitentia parenti, parem è vespere cum Spiritu sancto, tribuunt: qui Sacramentis ad exorcisandos deminas; ad benedictionem, imò verò incantationem magicanam aquæ, salis, frugum & aliarum rerum, foodé abutuntur: & hanc horrendam Sacramentorum extenuationem, propagationem, conspurcationem, in perpetuam Papatus ignoratiā redundare, torti orbi Christiano constat.

Cur verò connubium Gualtheri, cum filiâ D. Zuingli initum, viri boni existimationi, minimum officeret seu de traheret? Huldreichus Zwinglius ex Eremo Helvetiorum ad Ecclesiæ Tigurinæ ministerium, à Senatu & Presbyterio legitime vocatus, atque in eádem docendi munere supra quinque annos fideliter defunctus, non tam exemplo fratrum & symmystrarum, quam ipsorum Patriarcharum, Propheta rum, Apostolorum, & primitivæ Ecclesiæ Pastorum: imò verò Canonis Apostolici mandato, maluit ad legitimas nuptias, repudiato impuri cœlibatus voto, transire, in conjugali statu Deo & Ecclesiæ servire, quam impudicitiam conscientiam polluere. Presbyterij igitur & ordinis senatorij consilie, in uxorem adscivit honestam matronam, ex spectatissima & antiquissimâ familiâ ortam: nuptias Christiano & solenniter, praesente Ecclesiâ, publicè celebravit: Ex qua conjugi filios & filias aliquot suscepit: quarum natu maximam jam parente orbatam, Rodolphus Gualterus itidem è conspicuâ & senatoriâ familiâ editus, in legittimi casticis thorî conformati, sibi allégit: liberos fideles in subjectione cum omni honestate (juxta Canonem Apostol. I. Tim. 3.4.) enutrivit: & super triginta annos cum eádem vixit tantâ pietate & sancti monia.

monia, ut ipsorum domus universæ Civitati Tigurinæ, exemplis virtutum præluxerit: quin etiam lueulentissimis præconijs tot Comitum, Baronum, nobilium exterorum, qui in eorundem convictu aliquot annos sustentati & instituti furent, passim in orbe Christiano inclaruerit: eademq; familia in nepotibus, pronepotibus, Ecclesiæ, Republicæ et Scholæ sedulam operam præstantibus, divinâ benedictione, præclarè adhuc floreat.

Abstine igitur, Grecere, posthac à canina tua rabie, q; virorum de Ecclesiâ Dei optimè meritorum, & in fide Iesu Christi beatè defunctorum, manes arrodere non erubuisti: à nullo homine Iesus, nedum lacesitus. Conticesce, inquam: ne tu insolentes immerito judicaturus, ab iisdem pro merito tuo judiceris.

Sin tuo genio Iesuitico labuerit, honestissimas Pastorum Tigurinorum familias, tam nefarij criminibus virorum Apostatarum, flagitiosorum, spuriorum, nothorum, incessere & diffamare: audies profectō, velis, nolis, ab aliquo Gualtheriano nepote, quinam isti sint, qui Apostasiam à verbo Dei, ad traditiones & commenta hominum: à fide & cultu unius Mediatoris Iesu Christi, ad defunctorum, gratiâ Deisalvatorum, òpocrasias, perpetrârint: quinam ab Ecclesiæ Apostolica syncretitate & simplicitate, ad multiforme superstitionum ex Iudaismo & Gentilismo conflatarum monstrum, secessionem fecerint? Audies invitûs, quinam Ecclesiarum Antistites conspurcati fuerint: vel etiā nunc sint, tot flagitiosis notis idolumaniæ, artium magiearum, perjurij, perfidiæ, parricidij, rebellioni, proditioni, cruentissimarum persecutionum, bellorum, scortationum, adulteriorum, nundinationum Simumiacarum, sacrilegiorum & sexcentorum hujusmodi facinorum? Audies deniq; quantumcunq; stomacheris & ringaris, quinam meretricis Babylonice, sanguine martyrum purpuratae, filii sint spurij & nothi? quinam Monasteria & collegia, monialium virginum violationibus, spuriorum

V I N D I C . B I B L I O R .

fœtu : incestis & Sodomæis congressibus, infanticidijs, &c.
· conspurcāint; quorum exemplis jam pridem orbis Christia-
nus secauit.

Sed fremant frendantq; Iesuitæ , quantumcunq; velint:
Domini Gualtheri, virti, juxta Venetianum Clypeum, & opti-
mi & doctissimi, de Ecclesiâ Christi preclaré meriti, nomen im-
mortale, tot testibus commentariorum in libros utriusque
Testamenti scriptorum ; tot monumentis hominiarū sanctis
marum, quibus repurgata universæ Europæ templo person-
nant, vigebit & florebit in æternum : juxta Psalmographum
,, Prophetam: Cornu ejus honore elevatum est: & justitia ejus pera
,, stabit in æternum : lices improbus videntis indignetur : & dentibus
,, suis frendens contabescat, Psalmo CXII.

E L N I S S

S O L I D E O G L O R I A .

C L Y P E V S

Evangelico-Catholicus.

Qvicunque juxta Canonem divinum, utriusq; Testamenti, uni-
co Prophetarum & Apostolorum fundamento ita innituntur,
ut ejus imum lapidem angularem, Dn. Iesum Christum, æternum Dei
filium, incarnatum, Emmanuel, agnoscant pro perfectâ sua Sapien-
tiâ, Iustitiâ, Sanctimonîa & Redemptione, ut per hunc Mediatorem,
unum Ichoyam, in spiritu & veritate, viventes & morientes invocent
& adorent; ut juxta S. Beppijs mi & Eucharistie sigilla, se ad perpetu-
am fidem, obedientiam & gratitudinem, pietate vita Redemptori suo
præstandam, se desyinant: Vi è contrario, humanas traditiones à Ca-
noni di vino disidentes, venerationem imaginum, invocationem de-
functorum: superstitionis cultus ex Judaismo & paganismō traductos;
justificationem fictitiam ex propriorum operum condignis illusiones dæ-
moniacas spætrorum & falorum miraculorum; persecutions confes-
orum;

forum veritatis, &c. a versentur & detestentur: Illi ipsi sunt viva
membra vera illius Ecclesiae Catholicae, quae inde ab Adamo, per omni-
um seculorum intervalla, continuo progressu & propagatione, ad hunc
usq[ue] diem duravit, & porro duratura est ad finem mundi: veri illius ele-
ctorum cœtus, cui Christus tuis sanctificationem in verbo veritatis,
tum gloriae cœlestis consorium promisit, Ioh. 17:

AT QVI omnes illi, qui in Reformatis Ecclesijs per omnia Eu-
ropea regna, Evangelium Christi sincero corde amplectuntur, funda-
mento illi uno, quod Prophetæ & Apostoli, juxta Canonem Vetus &
Novi Testamenti demonstrant, superstructi sunt & innituntur: ut pu-
blica symbola & Confessiones Ecclesiarum (ex quibus solis de fide Re-
formatâ judicium depromi debet: non ex privatis paucorum libris) il-
lud ipsum singulorum doctrinæ cœlestis capitum inductione comprobant
& attestantur: et item myriades martyrum idem sanguine suo obfi-
gnarunt: et illic ad Thronum Agni mactati, in novissimo die con-
fessuri sunt.

ERGO omnes, qui in Reformatis Ecclesijs Evangelium Christi,
fidi & sincero corde amplectuntur, &c. sunt vera & viva Ecclesia
electa, salvandæ, Catholica, membra.

I.

HONORII

Admodum R. P. GRETSE RI Theol.

D. illuminatis.

Iacobus Gretserus societatis Esau.

Anag.

Sic Boëotia screat à se virus Getis.

Gretseri stomachum, gaudentem fier core, quisquis
Miratur, rantaq[ue] iras, animiq[ue] furorem,
Nescii unde olli furor hic & tanta voluptas.

L. 3.

Nauseat ad puram & pulcram sus fœda dioram;
Admeti, Augiaq; domus gratissima regna
Sunt porco, hic a vido fætentia fercula rictu
Deglutit latu, nec tempore pinguor ullo eff,
Quam cūm fercorea ad libitum dominatur in aula,
Quid mirum? E crasso nares, rutilo ore, metallo
Formavit Titan suis, quas laderere teter
Non valet ullus odor. Quin si factore vel ipsas
Quid vineat taxos, tanto hinc magē blanda voluptas
Adstolidas manas nares ac afficit ora.

Auribus hac, inquis, sunt injucunda; Fatemur
Gretsero tamen apta suo. Non credis? Agé audi.

Geryona Ausonio multi sunt ordine porci,
Quos excrementis, proprij, potaq; cibatq;
Inventis cerebri. Nec in ima sed locantur,
Qui sibi de Iesu fecerunt nomina falso.
Geryona hos inter Gretserus primus alumnos
Bæotis certans ipfis, Ut de vorat, ecce,
Quæ præbet Meretrix Romana fercora sedis?
sola hac delicia, sunt cetera nausea cuncta,
Et si Israëlis liquidis e fontibus hausta.
Adspice setigerum ut Thuricensia Biblia brutum
Respetet torvum, quæ nil nisi constitus hortus
Arboribus sanctis, divinis floribus halans:
Adspicis ut pronum Vulgaria Biblia adorat,
Quæ vetus Interpres non fidé reddidit olim?
Adspicis ut rabido dignissima carmina cedro
Gualtheri ore petiti? Cultam sus spurca Mineruam?

Non mirum ergo screat si detestabile virus
A se: Non mirum impurā convicta porcus
Alvo si crepat, & segetem prosterneat Christi
Nititur, insipidam aut porcino reddere dente.

Observ. c. pos.

IOH. VVIR TZ.

II.
ad Gretserum.

V Teris haut bellé naso cum dente SVITA.
Dente Theon cineres multā pietate virorum:
Rodis felices, quorum vītricibus armis
Infelicem animam Helveticis emisit in oris
Cum gemitu & querulis lacrymis Babylonica Thais.
Augias naso captas abjecta fimeta,
Divinumq; sacer qui Codex spirat odorem,
Corrugat nasum, cui nil nisi folidum odorum:
Dente Theon, Naso Augia; percurse Lichurdum,
Et bene discessit Naso cum Dente SVITA.


Idem VVirtz.

III.

Q Vid, nothe Lajola Gretzer, tibi sancta videtur:
Scriptura, ambiguis sensibus implicita?
Lesbia regula? litera mortua? flexible plumbum?
Litio materies? hæreſeosq; parens?
Eloquo IOV AE, primævis fontibus hausto
Linguarum, solida est non tribuenda fides?
Atra locusta file; ne te blasphemā vomentem,
Tantarea exēndat vindicis ira Dei.

Ian. Anthon. Buol.
Gryson.





Huldrici vindiciae Biblica Version: Tigie:
Parci Oratio de pace et iunctione Eccles: Evangelicarum,
Aeuenpergeri ad vocatq ad opif: Job: Piscatorem.
Eiusd: iudicium de Grot: libro ad opif: Societ: de Letis,
Eiusd: glori faceruntatione.
Secteti (Abt) Concilio secularis de dñ: Evang: restaurati
Marc: Antonii de Dominicis cōfēctionis ex Italia.
Ferfū postleminiu.
Argenti de Atalū Soc: tef: in Poloni et Litterar:.
Tampore quād statua de foderib:.
Mylli Comœdia Africana Synopfis.
Gedicci defensio Iesus multebris.
Facultatis Theol: aemonitro de eadem re.
De Lublinensi Disput. Anno 1615.
Antimatio tubilai reangel: anno 1617. Mittel
Epistola invocatoria Theol: Saxon: ad id tubila
tubilæum Lütheranum Leoninum.





Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Farbokarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
B.I.G.									

DICTIAE
 PRO
 LORVM
 SLATIONE
 V R I N A :
 V E R S V S
 etseri, Mona-
 Iesuitico Ingolsta-
 onem, noviter ad ex-
 tervâ criminazione
 missam:
 T H O R E
 IACOBO
 DRICO.



G V R I,
 d. VVolphij. 1616.